(1)

This is listed by Thorndike in his "More incipits", Speculum, 17: 350, 1942. He gives it the title "De interrogationibus (astrological)".

ASTROLOGY.

7513. In Latin, on paper: written in the 15th cent., perhaps in Spain: 8½ × 6 in., ii + 158 leaves: with coloured capitals.

'Summa judicialis astronomie': a Latin introduction to astrology, compiled from early Arabic writers, in three 'doctrinae' (foll. 3ᵛ, 6ᵛ, 30ᵛ), with prologue giving the title of the work (*beg.* 'In nomine Domini . . . incipit quaedam summa judicialis astronomie'): text *beg.* 'Cum fueris rogatus de aliqua re judicare'. Doctrina iii contains 145 chapters but ends imperfect 'in angulis impeditus, tunc dic quod prius', and chs. 65–67 and parts of chs. 64 and 68 are wanting through the loss of a gathering after fol. 80. The writer, who appears to have been a converted Jew ('Habraham patriarcha pater noster', fol. 3), lived not earlier than the 14th cent. (see the references to Alphonso X, king of Castile, 1252–84, fol. 5, and to Guido Bonatus, fol. 2ᵛ); and the numerous marginal additions suggest that this MS. may be the author's autograph. At fol. 150 'secuntur aliqua amphorisma' [*sc.* aphorismi]: *beg.* 'Omnis questio in qua fuerit luna fortis'. There is a diagram of planetary houses on fol. 36ᵛ, and horoscopes on 63ᵛ and 68.

'Liber D. Grimani, cardinalis S. Marci' (1460–1523). Inserted: transcript of parts of foll. 2, 83, 87 and 98.

This MS. had come back from Maltby with the old binding repaired. I left it with another in the dining-room, and both were badly scorched in the fire, Nov. 1915 — the only two books of value damaged. The old parchment covers were curled and baked. W. O.

lo. de preço 183

5/5

ihus

In nomine domini nostri ihesu christi ac eius be-
atissime et gloriosissime virginis
marie matris eius incipit quedam summa
iudicialis astronomie super quatuor capitulis
scientie iudiciorum que intitulatur de in-
terrogationibus quia articule fuit. Et pre
omnes summas abbreviatas et ordo an-
tiquis necnon et modernis summe placet an-
(s)uccreverit et non iuncto cum conflicto
sit magis imperceptibilis et inmixta suis.
Ordo autem et certitudo sit ipsum perficere.
Et propter hoc placuit mihi moderno quamvis indi-
gno in dicta scientia laboranti ea que sunt ne-
cessaria ex dictis antiquorum et modernorum in scientia
iudiciorum maxime in parte de interrogationibus
hic in presenti tractatu meliori forma
qua potero cum dei auxilio recolligere et summa-
re taliter ut introductus in scientia astronomie
non indigebit videre alia diversa volumina
tam ab antiquis quam a modernis super hac
partem facta. Nam per presens opus tam
introductus quam semiintroductus poterit absque
magno labore studii de contingentibus et de quo-
cumque intentione et interrogatione radicali super interrogatis
veridice iudicare. Sed antequam ad ulteriora

ostendam tria preambula premiseram ·
que faciet ad confirmandum mentem respicientis
in hac parte dicendis · Ita quod ista preambula
non erunt de esse principalis summe seu tractatus · sed
antecedentia hac vice ¶ Et primum pream-
bulum est quod supponitur quod huius magisterium
est verum licitum ratum et honestum quod
possit probari multis auctoritatibus et dictis philoso-
phorum antiquorum quam modernorum ut ptholo(mei)
alkindi · dorothei · aristot(elis) · albumasar · hali
abenragel · avicenne · mesahale · geyderis ·
et aliorum plurimorum quorum disputationes dicta
et probationes propter prolixitatem vitandam
hic dimitto ponere ¶ Secundum preambulum est
quod dictum magisterium est virtuosum et utile
non obstantibus sophisticis ¶ Tertium quod non est
credendum investigationi et demonstrationi in hoc
magisterio et sibi similibus usque ad ultima
quia illud impedit viam veritatis ¶ Nam
solum principiis vilibus correspondent omnes
viles · quamvis principia vilia possint applicari
ad omnes particulares · at tamen non est intendendum
in credendo in singulis omnibus demonstrationem
ymo est credendum auctoribus et sapientibus
antiquis qui fuerunt credulitate digni · et hoc

est quod dicit geraldus cremonensis in suma
sua iudiciali de veritate scientie hac
dictus sic. ¶ Et quod hec scientia a veritate non
distrepat multorum philosophorum sapientum
dictis ipsos frustra laborasse absurdum
est comprobatur quod certum planetarum ortum et occa
sum in certis iudiciis sibi ac necessario
tradiderant. Legimus enim quod habraham
patriarcha pater noster hanc scientiam egip
tios edocuit quod si veritate non instru
eret necessario tantus pater eam propagasset c 9
¶ Hijs premisis habitis dico quod presens suma
seu tractatus iudicialis habebit tres do
ctrinas. ¶ Quarum prima doctrinabit quilibet
volentem introduci penitus in scientia iudi
ciorum per istum tractatum scilicet horam cognosci
tam per radium solis cum astrolabio quam
sine radio solis et cum astrolabio.
et etiam absque ullo de predictis modis
et sine aliquo instrumento potest invenire ascens
et per consequens omnes alias domos et iudicare.
¶ Secunda doctrinabit quilibet introductum
in predictis in modo sciendi totum esse
essentiale et accidentale signorum et
planetarum. ¶ Tertia doctrinabit introductum

in p(ar)ticulis duab(us) doctrinis. Intendo modo iudi-
candi p(ar)ticul(ar)i p(er) o(mn)es domos celi. et ibi
erit finis totius su(m)me seu p(ar)tis tractatus et c(etera)

Sequitur prima doctrina in q(ua) erunt tria
capitula. Cap(itulu)m primu(m) q(uo)m(od)o inveniat(ur)
ascendens hora q(uesti)onis p(er) astrolabium

Cum fueris rogatus de aliq(ua) re iudi-
care. accipe altitudinem solis si interro-
gatio fuerit diurna et pone gradum
solis sup(er) almucantaraz altitu(din)is p(er) astro-
labium vel p(er) aliud si(mi)le instrum(en)tum ex p(ar)te
orientis si fuerit ante meridie(m) aut ex p(ar)te
occidentis si fuerit p(ost) meridie(m). Et sup(er) quam
horarum inequalium q(ue)st(i)o hore plax(?) posite
in astrolabio ceciderit gradus oppositus
solis illa erit p(rese)ns hora et signum
q(uo)d fuerit ex p(ar)te orizontis orientalis. est
oriens .i. ascendens. et inspice certiori mo(do)
quo poteris q(uo)t gradus illius signi orientis
ascendit. et illum tene p(ro) ascendente.
et ab illo debes incipere eq(ua)re domos tuas
p(er) tablas eq(ua)tionum domorum vel p(er) doctrina(m)
astrolabii. Si vero q(uesti)o fuerit de nocte

Accipies altitudinem alicuius stelle fixe tibi no-
te posite in astrolabio et videas ubi ce-
ciderit de altitudine in tuo almucantarath
et gradus solis qui erit in emisperio inferiori
iudicabit tibi horam et ascensum ut dictum
est supra per oppositum gradum solis et hic de
primo capitulo ad cognoscendum et inveniendum horam
plenam et ascensum per radium solis in astrolabio./

Capitulum 2m qualiter inveniri potest hora plena
et ascensus per astrolabium absque radio solis./

Duplex potest esse modus inveniendi ascensus
hore communis et eius horam per astrolabium
sine radio solis et accipere stelle fixe
si fuit de nocte et primus modus est quod si
scieris horas equales per orologium certum
et quot fuerint ante mediam noctem accipias gradum
solis et pone eum in linea medie noctis
in astrolabio et nota seu signa locum
almuri in limbo astrolabii et ex illo
loco computa tot quindenas quot fuerint
hore et move almuri usque ad illud locum
et aspice tunc ex parte orientis qui gradus
ascendit de zodiaco et ille est verus ascensus iste

aspicias ubi ceciderit nadair .i. oppositum
gradus solis in horis planetarum et illa erit hora
planete tempore interrogationis ¶ Verbi gratia quod sit
seu presentatur die lune 24 · may ante
meridiem hora equali ·10· pulsata ab oro- 6 ro sta
logio · et hoc in 6° climate ad latitudinem · 44 · gradus ·
¶ Sic est quod illo die sol est in ·11· gradu geminorum
ponas gradum eum in linea medie noctis in
astrolabio ut dixi · et aspice almuri ubi
cadit et invenies eum in limbo in gradu
338 sed gradum computes decies ·15· ab illo
predicto gradu · cadet finis mei in ·128 ¶ Deduca-
tur almuri usque ad illud locum et aspice
quod ascendit in orizonte de gradibus zodiaci
et invenies ascensus ·18· gradum · leonis ¶ Et
aspice in qua hora ex horis inequalibus ceci-
derit nadair seu gradus oppositus solis et invenies
eum in quinta hora et sic in medio hore que
est hora solis et sic modo habes ascensus et horam
planete ad tempus quomodo per noticiam horarum
equalium que sunt hore orologii ut solet instructi-
seod modo poteris facere de nocte si questio fuerit
nocturna videlicet post meridiem ponendo gradum
solis in linea meridiana et ab illo loco compu-

per modum supradictum cum almuri usque ad angulum terre qui est linea medie noctis. Et hec de primo modo. ¶ Secundus modus inveniendi ascendens et horam absque radiacione corporis celestis et absque certitudine hore equalis noctis est. Ut si aliquis venit ad te de nocte vel tempore nebuloso vel nocte obscura et in loco ubi non est orologium certum. tunc ponat querens ad libitum suum digitum super astrolabium in zodiaco super aliquod signorum. ¶ Et aspice quem gradum tetigerit et fac eundem gradum ascendentem et postea iudica de omni negotio a te petito sicut iudicares per ascendens sole inventum vel per alios modos predictos. Et hec sufficiant de 2° capitulo. //

Capitulum 3m quomodo absque astrolabio seu aliquo alio instrumento et absque radiacione alicuius corporis celestis vel non absque certitudine hore equalis potest inveniri ascendens et per consequens alias domos quomodo oportet equare et ordinare.

Scire debes quod ad preces serenissimi atque illustrissimi principis regis

castelle atque totius andaluzie fuit
factus quidam novus tractatus pratice iu
dicial astro[rum] per astrologos tunc exi
stentes et fuit intitulatus archanum
magnum dei. ¶ Nam per illud tractatum
potest cognosci quodque presencia preterita
et futura in omni eo quod radicaliter
procedit a voluntate hominis in tantum quod
se potest extendere virtus orbis. ¶ Et mo
dus procedendi in nucleo astris et per
consequens alias domos per artem istam absque
alijs modis superius dictis. est talis.
¶ Nam primo et principaliter debet fabricari ma
nualiter et punctuatur .10. domus. et in qualibet
domo debet esse .4. linee punctorum ad
formam 4or digitorum manus absque pollice
et puncta debet esse picta a casu et fortuna
sic fit in practica geomantie quam fecit geraldus
cremonensis et plures alij antiquorum et
magistri moderni ¶ Et forma domus de dictis
.10. domibus atribuetur geomantie. seu astrum
nam figura bina appellatur quod habet de
signis .12. celi. et id signum ponetur pro

Equatio Domorum

geomantia

astute & per ordinacionem servatum alias
domos sequentes pro signa sequencia
ut poteris videre late & clare per
tabulam & figuram in fine tractatus scripta
deinde dabis 2am domum de diasol. 10. do
mibus soli. 3am veneri. 4am mercurio. 9am
lune. 6am saturno. 5am iovi. 8am martis. 7am
capiti draconis. 10am caude. ¶ Nam ex prima
figura ut dictum est elicitur figura secunda
ut per figuram habeamus signum & per signum
domum primam seu ascendens. ¶ Ut verbi gratia
si figura inventa fuit arietis. ponetur
aries in prima domo & alia signa
sequencia per ordinem in domibus sequentibus
et ita debes intelligere de quolibet signo
¶ Et modum secundum domus lineare vel aliter
Item tu debes computare puncta que fue
runt in 2a domo de. 12. in. 12. & quod
remanebit sive. 12. tamen sive infra. secundum
numerum punctorum remanencium pones primum
planetam. scilicet solem. in hac ordinacione in domo
designata secundum numerum correspondente sibi. ver
bi gratia. si remanent tamen. 12. pones solem

in .12. domo . et si fuerit virtutis . ponis
eum in pª domo et si fuerit residen
6 . ponis in . 6 . et sic de aliis . et
sic dico de prima domo linearum pictura
sic intelligas de domibus et planetis subse
quentibus per ordinem usque ad finem sicut
potes videre per figuram in fine positam
et sic habes modo triplicem modum iuuicendi
astris et per quos alias domos ad iudicandum
de quolibet tibi factis seu fiendis et hic
sit finis prime doctrine

Sequitur de 2ª doctrina in modo sicut
de totum essentiale et accidentale
signorum et planetarum que habet in se duas
differentias . quarum prima tractabit
de esse essentiali et proprietatibus signorum
et planetarum . 2ª tractabit de esse a
ccidentali signorum . hoc est de signi
ficationibus domorum .

Dixit hali abenragel quod in celo sunt
12 . signa similia membris corporis
quorum naturis elementa 4or gubernantur
que sunt radices eorum et sunt in electione
ta et per existentia planetarum in signis et
cetera

♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
aries	taurus	gemini	cancer	leo	virgo	libra	scorpio	sagittarius	capricornus	aquarius	pisces

introitu eorum in illa et exitu de ipsis sunt diversitates temporum et aeris et augmentum caloris et frigoris quolibet anno mense et die. Item primi signorum est aries postea sequitur taurus deinde gemini etc. Istorum signorum 6 sunt borealia et alia 6 meridionalia. Septentrionalia sunt a capite arietis usque ad finem virginis. Meridionalia sunt a capite librae usque ad finem piscium. Et linea que transit per caput arietis et caput librae est circulus directus in quo equantur noctes et dies et dicitur equinoctialis. Istorum signorum alia sunt ignea, terrea, aerea et aquatica. Nam aries leo et sagittarius sunt ignea et dicuntur prime triplicitatis quia concordant in una qualitate. Taurus virgo et capricornus dicuntur terrea et 2e triplicitatis. Gemini libra et aquarius sunt aerea et 3e triplicitatis. Cancer scorpio et pisces sunt aquatica et dicuntur 4te triplicitatis. Istorum etiam signorum alia dicuntur masculina alia feminina. Masculina sunt signa ignea et aerea. Feminina vero dicuntur terrea et aquatica. Item de signis alia sunt in forma humana ut gemini libra

qualiter 6 sunt borealia, 2° meridionalia

prima triplicitas
2a
3a
4a

7

aquarius et virgo ¶ alia in forma bestiarum
ut aries taurus capricornus et sagittarius
¶ alia in forma bestiolarum ut leo. ~~ligonis~~
~~et virgo pisces~~ ¶ alia in forma reptilium ut
cancer scorpio et pisces ¶ Item signorum
alia sunt sterilia ut leo gemini et virgo ¶ a
lia sunt multorum filiorum ut cancer scorpio.
et pisces ¶ alia sunt paucorum filiorum ut a
ries taurus libra sagittarius capricornus et
aquarius ¶ Item dicit haly quod in signis sunt
quedam que significant regimen usum cum muliere
in libidine. ut sunt aries leo capricornus
et pisces ¶ Etiam signorum quedam sunt
orientalia ut aries leo sagittarius ¶ quedam
occidentalia ut gemini libra et aquarius
¶ alia sunt meridionalia ut taurus virgo et
capricornus ¶ alia septentrionalia ut cancer scor
pio et pisces ¶ De saporibus vero ¶ quedam
sunt dulcedinis ut gemini libra et aquarius
¶ quedam sunt salsedinis ut cancer scorpio pisces.
¶ quedam sunt amaritudinis ut aries leo et
sagittarius ¶ quedam sunt acetositatis ut taurus
capricornus et virgo ¶ De virtute fortitudinis
et debilitatis ¶ quedam sunt debilia ut aries sagittarius

//Item signorum alia sunt diurna alia nocturna. Nam diurna dicuntur signa masculina, nocturna vero dicuntur signa feminina//

et capricornus. quedam sunt fortia ut leo scor
pio et aquarius ¶ Item in signis quedam
dicuntur directa quedam tortuosa ¶ directa
seu directe ascendencia sunt a principio cancri
usque ad finem sagittarii et ista 6 signa
dicuntur directe ascendencia et imperantia
¶ tortuosa sunt a principio capricorni usque ad
finem geminorum et ista 6 signa dicuntur
tortuose ascendencia et obediencia ¶ Item
signorum quedam significant annos quedam menses
quedam dies ¶ nam signa fixa significant annos
communia menses mobilia ebdomadas vel dies
¶ fixa sunt taurus leo scorpio aquarius
communia geminy virgo sagittarius et pisces ¶ mo
bilia sunt aries cancer libra capricornus
¶ Item signorum quedam dant unam formam
alia aliam ¶ nam aries ut dicit gwydo
facit hominem habentem collum longum et faciem
longam multos capillos habentem oculos
pulcros graues aures paruas etc ¶ de for
mis signorum que dant hominibus in nativitatibus
vide latte in quarta parte magni voluminis
hali abenragel in primo de nativitatibus et
per alios doctores etc in libro de nativitatibus

Saturnus Jupiter mars Sol Venus Mercurius luna Caput draconis cauda draconis

nam hic non est locus et hoc breviter suffi
ciat de xii celestibus et partitionibus signorum

de vii planetis

Hijs igitur visis dicendum est de vii planetis
et de proprietatibus eorundem unde debes scire
quod septem sunt planete ex locis salvatoris
ut saturnus jupiter mars sol venus mercurius
luna. Sed quas proprietates habent et virtutes
poteris agnoscere per infrascripta. Incipiamus
a saturno tamquam ab altiori aliorum. Dico
igitur quod saturnus est altior planeta in cir

Saturnus

culis. In complexione frigidus et siccus
malivolus masculus diurnus habet duas
domos scilicet capricornum et aquarium. Exaltatur
in libra et deprimitur in ariete. Tenet
ex diebus diem sabbati. Ex climatibus
primum. Et ex metallis plumbum ferrum
Et ex membris extrinsecis aurem dextram
et ex intrinsecis splenem. Et ex humoribus
melancoliam et fleuma pessima [?]. Et ex egritudinibus
egritudines longas ut prisim [?] paralisim et
quartanas ydropes et fluxum ventris et
alios graviores morbos ut lepram po
dagram cancrum et ut generaliter magis ex compo
sitione frigorum eveniunt. Et ut de propo

matrib(us) ydioma hebraicu(m) et caldeum
et de legib(us) legem iudaica(m) / de pannis
om(ne)s pannos nigros / de magisteriis
laborare terra(m) arare fodere et cu(m) o(mn)i
ingenio et in eis laborare et facere ma
gisteria hedificio(rum) / et ex saporib(us) res
malo(rum) sapo(rum) / et ex locis mo(n)tes
nigros rivos obscuros puteos pro
fundos et fossata et loca herema. / et ex
lapidib(us) aliaza et om(ne)s lapides nigros
/ ex arborib(us) q(ue)rcu(m) carubias palma(m)
nuces / et ex herbis cumi(n)u(m) ruta(m) cepas
et om(ne)s plantas q(ue) h(abe)nt p(ro)funda folia
/ et ex spe(cie)b(us) aloe mirra(m) et silia ut
ceruisa et collaquintida et cassia et sto
racem / et ex a(n)i(m)alib(us) camellos nigros
porcos simias vespos canes et catos
/ et ex avib(us) om(ne)s collu(m) longu(m) h(ab)entem
et grossam voce(m) ut grua strucium
corvu(m) et h(abe)t etia(m) p(ar)tes et o(mn)ia a(n)i(m)alia
sub terra credencia et inpu(n)cta et fetida
/ et ex colorib(us) om(n)e(m) colo(rem) nigru(m)
et pardum / et est saturn(us) p(lan)eta
significans infortuniu(m) / et natu(ra)l(ite)r significat
ho(m)i(n)e(m) / seu rusticu(m) siue villanu(m) infirmu(m)

et stipticum et acetosu(m)

// et signi(fica)t iudi(ce)s mercta magna et eos qui natu raliter nigris vestib(us) utu(n)tur et tam religiosos q(uam) alios / et q(uan)titas orbis eius est · 9 · gradu(um) / et an(n)i sui firdarie sunt · 12 · / maxi(mi) vero · 664 / maiores vero [illegible] · medii · 43 · et minores · 30 ·

et Item saturnus in domibus martis est multorum verborum pro lingua. dicit quod non facit et intromittit se de rebus quas plerique non possunt timorosus hic debilis de sui natura ostendit audaciam et fortitudinem ita quod si venit debilis superatur eum et vincit satis debilem / et si venit fortis est victus ab eo et pigerr. In domo solis et veneris vilis et altitudo mala. nam sua fama est maior quam posse suum. vero exaltat eum et eius vilitas de natura sui deprimit eum. In domibus jovis ostendit se custodem legis et in suis sententiis non custodit eam / et signat hominem qui fingit custodire et deffendere legem a mala fama et illud quod dicitur in eo contra est intelligendum quia id quod habet intus se ipsum velamen suum / Et dicit hali. quod si fuerit in domibus veneris signat hominem qui ostendit se simplicem et devotum. et est contrarium in eo et omnes fe[illegible] sordes(?) et turpia sunt in eo de sui natura et applaudet sibi et odit uxorem et filios et totum cogitatum suum est ad sufficienciam ventris sui et se delectat in luxuria / Et si fuerit in domibus mercurij. facit hominem proditorem et deceptorem atque malorum morum et malarum artium cum dampnacione et dat intelligere vilibus quibus est in nigromanticis et qui operatur de nigromancia. In suis autem domibus lune facit hominem pigrum fessum miserum et pauperem./ In suis autem domibus facit per se naturam seminari et semper hominem esse laboratorem, et facit rivos et puteos et fodere et hedificare. inter(?) veteres(?) reges(?)./

fecenti(?) leprosum cecum paliticum hominem
macilentum mutum surdum pauperem
qui vadit hostiatim. ligatum captum
carceratum accusatum condempnatum suspensum
demembratum pede vel manu et mortuum
sepultum tristem plorantem plangentem
impeditum fatigatum grave pondus tristiciam
plenam dolorem et spiritualem tenebras fu-
mum timorem pavorem gelu glaciem tribu-
lacionem caristiam famem sepulturam latri-
nam fetorem maculam rem turpem. dampn-
um predam odium invidiam senectutem debilem
perditorem operarium pro vili precio ligonum
zatorem cavatorem terre vel facientem foveas
puteos et mundatorem latrinarum. hominem
qui sepellit mortuos. pigriciam tarditatem
fetorem fimum nigrum(?) omnem rem turpem
et vilem et opinatus(?) et astutum et nullum
Et de artibus gramaticam. Et de figuris
hominum signat hominem melancolicum extenuatum
fuscum et cum est in partibus gravis. piger
habet supercilia pilosa diligens omnia fetida
et inhonesta. Dorothius dicit quod facit hominem
valde pilosum corpore. et in superciliis suis/

‖ Item saturn[us] et q[ui]l[ibe]t a[lius] planetaru[m] h[abe]nt ducat[us] signi[fi]c[ati]o[n]es in q[ui]l[ibe]t .12. domoru[m] celi. Vnde satur[nus] in ascende[n]te seu p[ri]ma do[mo] sig[nifica]t incolorum cu[m] debiti et termi[n]is uel pro lege aut agris reddit h[ominem] seu p[re]sente[m] sollicitu[m] // in 2a domo amicor[um] tollit solacia. vel ablacio[nem] s[u]b[stanci]e et conturbacio[nem] amicor[um] sig[nifica]t // in 3a fr[atr]es corrup[i]t et cons[anguineorum] sedicione[m] per turbat et rapit. vel discordiam int[er] fr[atr]es sig[nifica]t // in 4a p[ar]entibus adversat[ur] et agris gen[er]alia ite[m] et thesauros corrump[i]t et q[ui]b[u]s multu[m] p[er]dit inp[ro]modo uel destructio[nem] hedificior[um] et terrar[um] atq[ue] sempit[er]n[u]s sig[nifica]t et thesaur[u]s et p[er]iculu[m] sine iusticia co[n]s[ili]o // in 5a filios nociu[m] et adv[er]sum legatos porrit uel destructio[nem] filior[um] sig[nifica]t et contencio[n]e[m] cu[m] legatis // in 6o egritu[dines] et s[er]uos inhobedientes portendit // in 7a familie adversatur et t[er]re corrup[i]t rem domui p[ro]petrat q[uod] ad malum devenit finis vel destructio[nem] uxoru[m] et terrar[um] sig[nifica]t et effectu[m] rei maligne in fine // in 8a res antiq[ua]s q[ue]rit et p[er] ultimo et morte de ea effic[it] amp[li]u[s] et divitias relinq[ui]t g[e]n[er]is // in 9a leges arrupit et ad p[ro]cessu[m] et inspiciens tendit co[n]sol[ati]o[n]e[m] eiusmodi et sepulcror[um] expoliacio[n]e[m] in itine[r]e et angustias parat et tarde inveniat reddit // in 10a g[ra]ua[m] adportat angustiam occasio[n]e et difficultate[m] implicat et a rege detrimentu[m] inducit. locos et regnat cet[er]is // in 11a ab amicis et dom[in]is s[upe]r ma[gnam] p[ro]curit angustia[m] et to[tius] bone sp[er]ei modicu[m] aut nich[il] largit[ur] commodum // in 12a inamodi a rege impedit[ur] et celerit[er] . ubi tamen maiora vigebit co[n]stancia vero ab adv[er]sariis sup[er]at[ur] et in negligen[cia] corrupit et despicit, na[m] et id sub omnib[us] nec[essari]is p[ro]cessu g[ra]dit[ur] i[n]t[er]im.

Zahel sahala vero dicit q[uod] saturn[us] de figuris hominu[m] significat hominem nigrum et croceu[m] qui cu[m] ambulat mergit oculos suos in terra[m] et adiungit pedes et h[abe]t eos retortos et est ponderosus h[abe]ns p[ar]vos oculos et cutem a[ri]d[a]m siccam tenebrosam ... h[abe]ns barbam in maxill[is] et labia spissa calid[us] ingeniosus seductor inter factor magnus absconse. Et h[oc] vide late hali abenragel in suo magno volu[mi]ne in p[ri]ma p[ar]te in p[ri]ncipio et sup[er] 11 domu[m] in sone de furto etc.

De Ioue

Iupiter est planeta calid[us] et humid[us] beniuol[us] masculin[us] diurn[us] h[abe]ns du[as] domos s[cilicet] sagitta[rium] et pisces exaltatur in 15o gradu cancri et totidem in capricor[no] deprimitur. Tenet ex diebus diem iouis et ex climatibus 2m ex membris pulmonem et epar et costas et tellig[?] et sanguinem. Et ex egritudinibus sinanciam pleumoniam appoplexiam spasmum cephalagiam cardiacam et gen[er]a q[ue] ventositate et sanguinis rep[ple]tione fiunt. Et de artibus seu scienciis

et dicit hali q[uod] in die q[uo] deus cepit creare mu[n]dum erat in do[mo] mo [?] a[scen]d[en]te. Iup[iter] in ariete tauro et ge[mini]s et impingit lux sua in cancro leone et virgine. obscura[tur] in libra scorpione et sagitta[rio] et impingit eius obscuritas in capricorno aquario et pisce.

dicitur habere legem cerimonialem(?) et civilem catholicam et omnem
sapientiam et philosophiam et interpretationes somniorum
Et ex linguis grecam. Et ex legibus
christianitatem. Et ex pannis albos preciosos
Et ex magisteriis habet illa que pertinent
ad legem et iudicare iuste atque hone-
ste. Et habet imparare et corrigere legem. Et
habet intimum pulcra et munda. Et ex
saporibus dulcia. Et ex locis oratoria
et omnia loca clara et munda atque sacra
Et ex lapidibus zmaraldi et omnes lapi-
des albos et croceos et virides. Et ex
metallis stagnum et tutiam. Et ex arboribus
nuces et avellanos et salices pinos
et omnes arbores fructiferas fructus habentes
et cortices. Et ex herbis mentam et omnes
bonum odorem habentes. Et ex speciebus
crocum sandalum crocum muscum canfo-
ram ambram et macis et lignum aloes
Et ex animalibus omnia animalia formosa
ut sunt camelli castrones cervi et cetera
Et ex avibus omnes aves formosas
et pictas ut sunt pavones galli
columbi motelsini et coturnices. Et ex

Et ex qualitatibus animi
habet largitatem
et verecundiam
atque iustitiam
Et ex sectis
habet pluralitatem
et sectam. fingit
enim ille quod
habet [illegible] qui
[illegible] et se
ille tenet hanc
sectam et illam
et neutram bene
servabit. nec [illegible]
eius intencio
erit mala.
Et quantitatem
habet eius 9.
gradus. Et
anni [illegible]
eius sunt 12.
Et anni eius
maiores sunt ~~48~~
428. maiores 19. medii 46. minimi. anni vero sunt 12.

Et est Jupiter planeta sapientie et intellectus et bonorum operum. Et si Jupiter fuerit bene
dispositus fueritque orientalis et in angulis erit natus sapiens gerens bone voluntatis
benignus iustus honorabit senes. eritque sanus consultor adiutor indigentium

bene notitie
diliget ami-
cos et est boni
intellectus et
si Jupiter fuerit
inferioritus te-
ste phi[illegible]logo
natus erit
ignarus bene
facere iudicatur
vita diaboli-
cas operationes
studebit et sibi
ipse opposite
morabitur
in locis orationum
et libenter mo-
rabitur solitarius
in cryptis et
in locis cauer-
nosis atque spe-
luncis et illa
oratione sua
predicet non
diliget amicos
nec curabit be-
ne amicitias
has habere alio-
rum. cum ho-
minibus fugiet
conversari nec
volet ab a-
liquo honorari
erit infidelis
nullus de ipso
poterit confidere
erit etiam malus debilis
insipiens laboriosus prave conditionis. Et si Jupiter fuerit [illegible] significat scientiam ymaginum
et artem magicam et incantationes et exorcismos et similia. Si autem Jupiter fuerit cum Mercurio
significat scientiam medicine et maxime cirurgie. Si vero Jupiter cum sole significat scientiam scriptu-
re et prudentiam in altercationibus et disputationibus et erit defensor fidei veritatis et impugnator
hereticos fidei et nunquam permittet sibi fieri [illegible] falsitatem et [illegible]
et veritatem disputator non garrulus. Et si Jupiter sibi venus significat [illegible]
et aliarum scientiarum delectabilium [illegible] et [illegible] et sapiens in [illegible]
Et si Jupiter cum [illegible] significat scientiam arismetice et [illegible] ad [illegible] et scientiam [illegible]
[illegible] scriptoribus [illegible] studii [illegible] et significat [illegible] et astronomie et omnes
alias scientias [illegible]. Et si Jupiter cum luna significat scientiam [illegible]
[illegible] naturales et [illegible] fluminum et similia. Et c.

animalibus inveniuntur illa que sunt prope fistulam
sicut sunt beremetes scirrosi et similia. Et
aliorum dicunt quod habet oves et gallos et
columbos anates et habet cervos et stru-
ciones et quod habet alumen et atramentum
et vitreolum et habet omnes fructus quorum
granum comeditur et cortex proicitur
et habet triticum metallum et maiorana.
Et de coloribus habet rubeum album declinans
tenue. Et significat Jupiter naturaliter pulcrum
tempus et serenitatem aeris temporis sanitatem
persone leticiam consolationem lucrum et sta-
bilitatem bonam honorem laudem summam
famam bonam hominem pinguem in facie letum
sociabilem alteri. canonicum abbatem archiepiscopum
episcopum archipresbiterum legatum cardinalem
papam legem fidem divinas [illegible]
bonum forum victualium verum. lucem
claritatem rem nobilem ut virum et mu-
lierem nobilem. lanam colorem clarum soli-
ditatem bonam solatium leve laborem regem
statum bonum divitem hominem vel [illegible] bonum con-
plexionatum fidelem legalem amicum alteri.
Et de figuris hominum dicit Hali quod significat

[illegible] vi-
rum et hore
simplicia et

et est Iupiter in domibus habet ... Nam in ascendente ... et honestam insinuat formam prudenciam quoque habet et ... ad ... revocabitur finem ubique tamen salvat et dignitate augetur. // In 2a domo multiplicat iusto honestoque consilio et cumulat opes, omnia quoque ad divicias pertinet quomodo acquirit. // In 3o fratribus fortunatis sorores ...

maiores et ab amicis gaudium producit. // Iupiter in 4to agros possessiones et patrimonia et thesauros et emolumentum in adducit multiplex et quod antiquitus ... est insinuat. omne tamen ... et ... // In 5to multos indicat filios et honestum eorum insinuat statum ... multiplicat efficit et honorem ... regnum ... principatum ... assequitur et in omnibus ... // In 6to paucos insinuat morbos corporis ... servos et minorum ... emolumento gaudebit.

hominem album cum croceo colore et si est vir habet barbam rotundam et si sit vir vel mulier habet nigrum lumen oculorum et parvum et est homo paciens et mansuetus. ¶ Zahel vero dicit quod significat hominem album habentem oculos non grossos nigros, nares non equales et breves, calvum et in aliquo dencium habentem nigredinem, pulchre stature, boni animi, bonorum morum ... ¶ Alcandrus et alii dicunt quod significat hominem sanguineum bone complexionis bonum et honestum habentem barbam rotundam ... oculos duos dentes anteriores ceteris maiores atque aliquos permixtos cum albo aureo in facie commixto albo, honeste incedentem, misericordem et fidelem atque religiosum, libenter vestientem preciosis indumentis, capillos habentem longos ... habentem arte pulcram ... et cambiare et pannos tractare et ... more religiosorum et in eundo terram ... prosperitur //

De Marte

Mars est calidus et siccus ex temperatura planeta masculinus nocturnus et malus. Habet duas domos scilicet arietem et scorpionem et exaltatur in 28 gradu capricorni et totidem deprimitur in cancro. Tenet ex debilitate ...

// clarificatur et ostendit ... in ... ariete et ... in tauro ... et ... in leone virgine et libra et ... in scorpione sagittario et capricorno.

// In 7a ... at significat hominem pulchre faciei et maculentem cum oculis ... capite et ... In tamen ... ampli pectoris facie rotunde ... magis oculis ... et in apparentia ... et est benignus

// In 7o celebre et ... multiplici fructu commodo ... omnibus ... adversarios // In 8o opes ... // In 9o ... gaudia ... leges observat ... // Iupiter in 10 ... efficiat ... // Iupiter in 11 ... // In 12o captivitatem ... [illegible]

et omne opus fabrorum furnariorum fornaxariorum ... et carpentariorum et similium / et si iungatur cum saturno significat opus fabrorum et maxime quod fit cum ferro tamen et maxime ferramenta cum quibus exercetur opus ... et sunt ligones ... et similia si vero iungatur cum Iove

significat opera fabrorum qui fiunt de ere et plumbo et sic opera de feltro et sella et si iungitur sol significat opera fabricacionum ex auro habentes non laborato sicut bizancios florenos aureos medalie ... monete et hec de operibus ex auro ... et si iungatur Veneri significat opera fabricacionum ornamentum mulierum que sunt anuli monilia et similia si autem iungatur ei mercurius significat opera fabricacionum ad opus ... ad iungendum ... similiter ... secibole ...

diem martis. Ex climatibus 3m. Ex metallis
cuprum seu es rubeum et auripigmentum
rubeum et sulphur. Ex membris aurem
sinistram et par cum Iove participat
renum et renes testiculos et fel. et coleram
Ex morbis sunt febres acute et terciane co
tidiane ... emigranea empia
herisipila et carbunculos abrosy et omne in
commodum ex calore immenso et sanguinis meatu
proveniens. Et habet de artibus logicam. Et habet
appetitum in ... naturam et habet cirurgiam et
habet maristalcheam bestiarum et arte ...
dentes et flebothomandi et castrandi seu ape
riendi rupturas. Et ex linguis habet linguam
persicam. Et ex legibus habet hereticas et ...
legis ad alteram mutacionem et arte bellandi
Ex pannis laneos et pelles leporum ...
et pelles ... Et ex magisteriis la
borantes ferrum cum igne ut fabros
et facientes arma bellica. Et habet ex latro
... Et ex saporibus habet calidum et siccum
et amarum. Et ex locis castra fortia et
loca deffendibilia et bellorum et loca in quibus
ignis accenditur et loca decollacionis ...
et loca in quibus lupi et ursi et fere bestie

et similia / si vero iungatur cum luna significat opera fabricatorum que fiunt ut sunt libre lances balancee et stattere ciphi argentei et vasa cum quibus mensurantur pecunie in tabernis et cum quibus bibitur in curiis dominorum et similia. / Et cum significat solus significat opus medicine tamen cirurgie preter aliquas partes medicine. et si ... sibi placet significat opus medicine quod fit per apercionem venarum scilicet et flebothomum apercio apostematum et curaciones vulnerum et similia / et dixit albubater quod cum applicantur ei ... significat opus medicine vulnerum et similia / et cum applicatur ei iupiter significat opus

congregant(ur) et loca iudicior(um) ¶ Et ex lapi
dib(us) om(ne)s lapides rubeos et obscuros
¶ Et ex arboribus omnem arborem calidam
in sua na(tur)a existentem ut piper scamonea
timpri et coacompdi euforbium et citaltam
et om(ne)s arbores bonas ad ascendendum igne(m)
¶ Et ex speciebus om(ne)s habentes mala(m) complexione(m)
et pruficientes om(ne)s ex eis comedentes
et hoc ex excedenti calore existente in eis
¶ Et h(abe)t ex odoribus sendalum rubeum ¶ Et habet
etiam mares ex animalibus leopardos et camellos
rubeos et serpentes rubeos et o(mn)ia animalia que
habent magnos dentes rubeos et animalia fe
ra dapnificativa. ¶ Et ex animalibus parvis habet
animalia parva maleficientia et venenosa ut
binoras scorpiones mures et similia ¶ Et ex
coloribus habet colorem rubeum valde ¶ Iste
mars sig(nifica)t naturaliter flammam ignis et igne(m) et om(ne)m
calorem arsuram combustionem sitim ventum
siccum furorem furiam audaciam litem prelium
insultum bellum percussionem sanguinis effu
sionem ruinam coleram rubeam hominem mascu
lum tenue. ruffum in pelle vel pillo.
proditorem latronem luxuriosum lusorem
mendacem sine malic(ia). maleficum sodomitam
meretricem ruffianum ruffianam insidiatorem

rebaldus

nat(ura) et amicum ocultorum et si co(m)pleverit cu(m) venere sig(nifica)t apparatum ornatum q(uod) pertinet ad
barbitusores sic(ut) tonsura capillor(um) et barbar(um) et abrasio ungium
et si co(m)pleverit cu(m) m(er)c(ur)io sig(nifica)t abrasio(n)em venar(um) et cu(m) co(m)pleverit cu(m) luna
sig(nifica)t eradicatio(n)em dentium et purgatio(n)em aurium et similia. Et cu(m) p(ro)se sit s(ignificat)or
fuerit sig(nificat)or
sig(nifica)t infirmitates
nisor(um) et q(uo)d
liberent(ur) infir
mi a morbis
sic. et effusio(n)e
sanguinis vel
ena ocasione
combustiones
decapitaciones
cum cultellis
fures taber
narios fal
sarios tam
monete quam
etiam cartarum
et sig(nifica)t p(ro)nitatem
verecundiam q(uia)
non verecunda
bit(ur) cu(m) fuit
sig(nificat)or ex aliq(u)o
malo q(uo)d fece
rit et sig(nifica)t pe
regrinationes
ex terra et
ex patria
sua et habu
dancia corporis
et si fuit ma
le et fuit q(uod)
significator
mulier pregna
tis abortet
et aliq(ui)s erit
medicus culpa
bil(is) alius alb(us)
pl(us) et in iugis
cu(m) saturno sig(nifica)t odium et
prelijs magnitudinem et q(uo)d erit natus valde in
eis et gaudebit q(ua)n(do) videbit aliq(ue)m esse
in p(ro)p(ri)o malo vel dapno aliq(uo) et annus eius
sup(er) dare sit .1. anni eius maiores sit .284.
maiores sit .66. medii vero .40. cum dimidio
minores vero sit .15. etc.

Item mars in domibus hec habet significata. nam in ascendente metum incutit et terrores contrarietas et dampna ingerit. omnibus namque adversatur et multa que non debet aggreditur negotia. // In 2a domo existens opes dissipat et facultates dispergit paupertatem namque et inopie afficiet incommodo et in amicos irritat et dissensionem generat. // In 3a fratres ad invicem efficit odiosos et alterum in alterum odium et communem insinuat mortem // Et si 3a domus fuerit ex domibus veneris ab utrisque fratribus honorem conficit atque dignitatem // Et si fuerit ex domibus iovis … litigiosum … negotiorum seu mercature lucrum insinuat // Et si fuerit ex domibus saturni expoliationem mortuorum positorum in sepulchris et subfossores parietum ad furandum de nocte … aliorum … modo latrunculis insinuat // Et si fuerit ex domibus mercurii significat … in lucrando et ceterorum peccuniam alienam … modo … non licite atque per falsas … et propter … multos seducere … vita tota in angustia … labitur et dolore // Et si fuit ex domibus lune domorum ostendit … In foro … ubique furatur et marsupia clam precipit. // Et si fuerit ex domibus solis … insidias bella subditur … // Et si mars fuit in 4o … et mortem portendit sanguinem fundit … hominum quorum …

ribaldum tabernarium macellarium medicum
cirurgicum hominem vagabundum et qui non
vult libenter laborare nec diu in loco
stare cito irascitur et cito recedit ab ira
levis et facile fuit alteri. multum
sepe bibit levis vadit pedibus sepe men
dax. et facili occasione efficitur fallax
et rem falsificat virosus ad multa
delectatur in armis et agere facta que
sunt facienda in armis ¶ De figura
hominis significat hominem colericum adustum rube
brunum granatam habentem faciem cum in …
pilos habentem oculos breve corpus pro
ditorem et sciatorem(?) distorcie(?) infectorem
et male obedientie ¶ Alii dicunt quod significat
hominem flavi coloris trahentem ad rubeum
facie rotunde et mentonis remissi …
… acute superciliorum arcuatorum
sicut cornu lune quorum extremitate appli
cat usque ad nares subtilium capillorum
agilem in movendo se ad facta sua audacem
et fortem. et hec de marte// Sequitur De
Sole et eius proprietatibus./

omnium finis … explicationem et … dampnosum // In 5o filios parvulos … utiles ex … multiplicat et nullum ex his generat gaudium vitam … laboriosam // In 6to morbos et febres calida … et sanguinis indicat … servorum … efficit … // In 7a domo bella contrarietates et … portendit assiduum et in omni negotio … et cum mulieribus … certamen … et … efficit. // In 8. … afficit mortem … et … parit. opes … hereditario possidens … violentia … ad multam redigit inopiam // In 9o … bella … et falsis … // In 10 … a rege … et angustia ex filiis et familia … difficultas. ubi non dominus contrarietatem agit … // In 11 ubique … amicos reddit odiosos … // In 12 … multiplicat … et quod non vult … de eo lucrum … et …

Sol est calidus et siccus per accidens temperatum
bonus per naturam malus per accidens masculus
diurnus habet unam domum tantum scilicet leonem
exaltatur in 19 gradu arietis et totidem
in libra deprimitur. Et eius ex diebus
diem dominicam. Et ex climatibus quartum. Et ex
metallis aurum. Et ex membris visum
et cerebrum medullam ac nervos et
dextram partem cordis. Et ex egritudinibus
habet febres et reuma fluenciam ad oculos
et lesionem oris. Et de artibus geometriam
et habet appetitum ad philosophiam et augurias
et ex personis iudicaturas. Et ex linguis lin
guam gallicam. habet et tamen grecorum
linguam cum mercurio participans huic
iuncturam. Et ex legibus legem gentilium
et spiritualem philosophorum oratores. Et ex pa
nnis preciosos et altos et in quibus
apponitur aurum. Et ex saporibus
crassum et dulcem. Et ex locis ciuitates
magnas regales et pulcras in quibus
reges morantur et loca sublimia et pre
ciosa et ex lapidibus robinum et jargonzam
Et ex arboribus vero excelsos et pulcros

Et dicit Alkabicius quod significat unguenta [illegible] species et ex [illegible] ac subtilia atque subtilitatem et ea que sectantur honestatem et largitatem et gloriam atque meliores [illegible] potestatem. Et si sol iungatur cum saturno significat vilitatem et huius principatus et si iungatur cum iove significat principatum in fide atque religione et significat etiam omne

iudicium per
homines iudicantes
opera morum
et oppressorem et
simplices. Et si
autem iungatur
marti significat
dictatores [illegible]
[illegible] et principes
gratiam bellorum
[illegible] cum
[illegible] in bestiis
Et si iungitur
veneri significat
regnum propter
sequentes poten
tum et per
mulieres. Et si
mercurio iungatur
et [illegible] significat
consiliatores re
gum et [illegible]
tores librorum
maiorum ope
ra [illegible]
Et si iungatur
lune significat
[illegible] legatores
determinates
consiliorum et [illegible]
amplius. Et
[illegible] orbis
[illegible] est [illegible]
graduum ante
et retro et ita intellige
de omnibus orbibus planetarum. Sicut tot ante quantum retro
[illegible] cuius [illegible] sit 10 et [illegible] cuius maior
[illegible] et [illegible] cuius maiores sunt 120 [illegible]
29 cum dimidio [illegible] videlicet 19 etc.

velut palmas altas postas et ex herbis
crocum et rosas et in grano tritici et
olivis est particeps cum saturno et ex speciebus
habet lignum aloes sandalum [illegible] et omnes
species in sua complexione calidas et acutas
et ex odoribus optimum lignum aloes et ex
bestiis seu animalibus habet [illegible] camellos cer
vos vaccas silvestres leones et omnia animalia
magna fortitudinem et potentiam habentia et ex avi
bus habet quas reges et principes solent
tenere velut astures falcones aquile et est
particeps in pavonibus cum iove et etiam
colubres magnos habet et in bestiis participat
cum marte et ex coloribus habet rubeum com
positum et croceum similem auro similem
significat homines potentes et satis honestos
et positos in honore vel in officio alicuius
regis et plus significat dignitates et officia
laycorum quam clericorum et significat [illegible] et
ignem et combustionem talem [illegible] furo
rem superbiam audaciam fortitudinem baronem
seu principem potentiam dignitatem gaudium
secundum honorem et laudem et de figuris
hominum significat hominem pulcrum plenum carne [illegible]

+ Item sol in 12 domibus habet significationes quas sequuntur. Nam in prima domo officiales
confert dignitatem omnia arroborat negocia et honore potitur regio. In 2a
domo honestum insinuat statum amicitiam generat et amicos confortat. In 3a
regum de tali negociis tribuit effectum et de terra ad terram mutatam insi
nuat facultatem. In 4a thesauros significat et quod furto sublatum fuerat depr

sibi conciliam
et puerorum
habet indicare.
In 5a fili
orum de causa
cum pulchri
tudinem multi
plicat et mu
lierem efficit
graciosam.
In 6a egri
tudinis multe
signum est
a servis et
tarum innuat
incomoda ab
infimis et
abiectis et in
cestis et ani
malibus solli
citudinem in
ducit securitatem.
In 7a adversos
reges et pri
mates et po
tentes contro
versiam parit.
In 8a mortem
innuit et talem
honores exquisit
et quos potens
et famosus to
llit. In 9a
rationis et legis
habet indicium
tamen angelos
nominat. In 10a
regnum maximum premium laudem et omne emolumentum portendit.
In 11a ab amicis et regibus eorumque amicitiis gaudia reportat et
quis perpetrat maleficium. In 12a regem de dignitate expoliat. ab
inimicis et servis et plebis inferioribus multum adducit incomoda.

magnus oculis. Shall vero dicit quod significat
hominem album cum facie rotunda et dicit de
cantator vel creator vel plures ac sutor
pannorum. Aynesaphala vero dicit quod significat
de figuris hominum eum qui habet colorem
inter croceum et nigrum rectum cum rubore
brevis staturae et in ... crispum
talum atque pulcri oculis. De Venere

Venus est planeta calidus et humidus temperate
feminina nocturna habet duas
domos scilicet taurum et libram et exaltatur
in 21 gradu piscium et deprimitur totidem
in virgine. Tenet ex diebus diem veneris.
Et ex climatibus quintum. Et ex metallis stagnum.
Et ex membris odoratum et spermata et
virilia et muliebria et matricem et spinam
dorsi nates et lumbos pudibunda et ma
trices. Et eius morbi sunt frigidi stomachi
et epatis cordis apostemata fistule humorum
superfluitatem et de genere perpetue terre
genitalia. Et de artibus musicam et artem
meretriciam et cultum lascivorum hominum amplexum
et basia et caricias. Et ex legibus legem sarracenorum et

A et erit ille cui venus fuerit significatrix [illegible] in ortu et melius scit ducere vitam suam et delicias bibere et curialis quam alter. et erit formator ex toto et filius formosus et libenter accipiet omnes cultus veneris et habundabit in corpore et aliquam [illegible] nata cum illa de ea et scit componere coronas et omnia ornamenta specialiter mulierum et vestes libenter ornamentis et plenus indumentis et [illegible] deo et scit

Et ex linguis habet linguam arabicam. Et ex pannis omnes pannos pictos. Et ex magisteriis omnia magisteria pingendi et figurandi et vendicionem specierum bene odoriferarum et pulsare instrumenta boni auditus cantare saltare et cordas instrumentorum facit. Et ex saporibus omnia dulcia que sunt boni saporis. Et ex locis loca delectabilia et in quibus homines solent ludere et tripudiare et loca [illegible] in quibus cantatur et sonatur et loca dominarum et mulierum [illegible] nec non loca comedendi et bibendi. Et ex lapidibus bezo ut margaritas. Et ex mineriis ut azurium. Et ex plantis omnes plantas boni odoris habentes ut crocum rosas et omnes flores et arbores boni odoris saporem et amenum visum habentes. Et ex speciebus balsamum et grana multum redolentia muscum et ambram. Et ex animalibus mulieres camellos et pulcritudinem et omnia animalia pulcra et in suis actibus agilia et ut buffones et ducatos de avibus. Et creat omnes aves formosas et bone habentes ut calandrias et similes. Et ex coloribus ut celestinum colorem

dire sonos in [illegible] et [illegible] corpore et valent in eis plus aliis herbis. Et si venus iungatur cum [illegible] significat sonum cantionum lamentacionis et quibus defflent mortuos [illegible] quibus utuntur homines [illegible]. Et si autem iungatur cum sole significat quod natus erit dominus in sonis lectionum et cantilenarum et [illegible] et in [illegible] [illegible] ad [illegible] et [illegible] in domibus orationis et ad altaria ad laudem dei nostri ihesu christi. Et si iungatur cum marte significat sonos seu cantiones lay[corum] et [illegible]

gaudium et libenter utitur [illegible] in societate et cum inebriatur [illegible] veneris homines quam alius et cum [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] ad quibus [illegible]. Et venus significat [illegible] [illegible] et [illegible] et similia. Et veneris [illegible] in domibus orationum ut appareat [illegible] non sunt et retinet [illegible] et cupiunt [illegible]

plures et cantus que sunt in pluribus [illegible] tube fistule cimbala lire et similia et in quibus fit mencio de gestis antiquorum ut troie [illegible] [illegible] Et scit [illegible] cantare [illegible] Et si [illegible] gatur soli significat quod natus scit sonos seu cantus qui sunt [illegible] lignis

quibus utuntur hystriones coram regibus et magnatibus sicut sunt viole
simbule lenti et similia. Et si iungatur cum mercurio significat sonos quibus
fiunt melodie et armonie [illegible] sicut sunt lire et similia. Si autem iungatur
cum luna significat cantus quibus utuntur naute in navigationibus et cir-
cumstantiis suis levantibus malorum suorum et velorum malum et similia

et significat quod natus erit aptus ad sciendum aptare atque preparare ea que spectant ad pulchritudinem sicut sunt pallia vestimenta mulierum et earum ornamenta et que pinguntur in ornamentis cum auro margaritis [illegible] et similibus
[et ex coniunctione [illegible] significat amicitiam et [illegible] orbis et [illegible] [illegible] et [illegible] eius [illegible] ff. 8. et maior [illegible] 82. et [illegible] 45. minor [illegible] 8.

auri declinantem aliquantulum ad viriditatem
Et de figuris hominum significat homines stature
Et significat naturaliter mulierem plurimum tempus
clarum serenitatem aeris lucrum letitiam
solatium consolationem amorem gaudium et
iocum que sunt letitie et consolationis vel amatorem amantem pulchritudinem munditiam
pluralitatem spem bonam vicinam legalem
et fidelem gardiam patrem cantum [illegible]
bonum plenum laudem vestes regem cibum
potum laborem levem personam bonam
et placidam ornamenta delectabilia in domo
et in vestibus fertilitatem habundantiam bona-
rum terrarum bonum forum rerum venalium Et
de formis hominum eius homo est staturus cum
aliquo sanguine satis pilosus muliebris
forme studens in poliendo corpus suum
pietosus et lacrimosus et [illegible] Alhacalia
vero dicit quod significat de figuris hominum
hominem album tendentem ad nigredinem pleni
oris pulchrorum capillorum habentem faciem
rotundam et [illegible] maxillas et pulchros
oculos et nigredo eorum est maior albedine
Thali vero dicit quod venus dat hominem album

Item Venus in domibus habet hec significata. Nam in prima statione gaudium et exultacionem portendit et est emolumentum magnum et notum. Coniugia potaciones vestes odoriferas et ornata deaurata vel deargentata. Venustatem quoque acquirit et nomen coniugii amat delicias // In 2o mulierum de ea facultates insinuat opes dignitates et emolumentum et ab eisdem amicicia producit concordia. // In 3o iniustas aggregat copulas et mulieres quoque insinuate congregat amicos // In 4o sub ... negociorum ... matrimonii de ... sollicitudines atque angustie ... modo afficit. omnia tamen ad ... [illegible] ... // In 5o filiorum naturam precedit gaudia eius et affectus quoque ... non modica amicicie afficit // In 6o morbos adducit ea eius ... et ... eius ancillarum multo incommodo ... duas porro ... [illegible] // In 7o coniugia parat. et ex parte mulierum alacritate produc... [illegible] effectum tribuit. habet eius concordia et adversitates ... omnibus ... et ... [illegible] negociorum // In 8o ... maiores eius ... et ... // In 9o iter et ... [illegible] omnibus et ... insinuat et ... atque verificat // In 10o gaudia principibus donat et regibus // In 11o amicorum alacritates et spes et bona prosperitates que ab amicis generantur facit iudicium // In 12o odium multi ... de ea ... etc //

limpidi coloris de ... sanguine ... corporis ... lumine oculorum grandi ... diversis coloribus et pleni motus moderati in factis ac mansuetus faciet se diligere ab omnibus per verba et facta sua dulcia magnarum ... et magni ... //

Sequitur de mercurio.

Mercurius est coniunctus vel indifferens in omnibus. quia bonus dicitur cum bonis et malus cum malis. huius due domus. scilicet gemini et virgo. exaltatur in virgine et deprimitur in piscibus. Et ... ex climatibus 6m. Et ex metallis argentum vivum et omnia ... que sublimantur et in alkimia operantur. Et habet ex membris linguam elocucionem deliberacionem memoriam. Et eius morbi sunt motus perturbacio mania melancolia epilencia percussio tussis quoque cum habundancia sputi sicut ... contrarium que ... incognita conveniunt. Et dicitur ... sapiens et virtute intellectus et habet appetitum ad scientias et addiscendi et sapientias ut dialecticam philosophiam geometriam astrologiam ... iudicia ... et augurium ... et ydioma ... et interpretacionem

Et si fuerit mercurius solis significator nati(vitatis) et fuerit in natura sua ita quod nullus planeta iungatur cum eo nec participet cum ipso significat quod natus erit in principio sue iuventutis in suo sensu et crescet in artibus sue voluntatis et studiorum morum priorum et hoc accidet ei in primis 10 annis sue iuventutis scilicet adolescencie. Et si iungatur saturno significat opus in [illegible] et ampliacionem(?) terras et possessiones et hereditatem perti-

-nentes(?) et pro- heredes mortuorum et scientiam intrandi et estimandi quod opportuerat bene ad faciendum aliquod hedificium sive turrim vel domum vel aliquod simile et scientiam ordinandas(?) sicut illi qui [illegible] pannos lineos vel laneos seu pignolatum et similia. Et si iungatur Iovi significat opus intrandi et scire melodias librorum cantilenarum(?) et alios cantus et psalterii laudum et similia. Et si fuerit iunctum Marti significat quod natus sciet ducere exercitus et sciet eos bene ordinare atque prelia preliantibus necessaria(?) quos necesse debuerit et quod sciet bene preliari et bene ponere illos cum quibus fuit preliaturus lanceis et gladiis et aliis nobilibus armis.

aquarum et aliorum generum. Et ex legibus legem
declarandi. Et ex magisteriis predicare vel ver-
sificare et habet arsmetricam et geometriam
et exponet sompniorum et etiam de loco di-
et figurandi. Et habet omnia magisteria que subti-
li ingenio sunt reperta. Et ex pannis habet pal-
nos et lineos. Et ex sapore acrius. Et ex
locis domum predicandi et loca in quibus
magisteria subtilium operantur. Et habet fontes
aquarum et rivos lacus et puteos. Et ex la-
pidibus omnes lapides figuratos et preciosos.
Et ex plantis ortidanie(?) bombacem linum
et omnes arbores acutum saporem habentes ut
gariofili et omnes arbores fructus et cortices(?)
eius habentes. Et ex speciebus omnes gummas et
ex odoriferibus bene ea que sunt medicinalia
ut zinziber et spicanardi et similia. Et ex animalibus
homines camellos pueros simias lupos et
omnia animalia in saltu et cursu velocia et
omnes bestias fraude comedentes. Et ex
avibus que sunt leves volatu et que appetunt
per omnia que faciant. faciant ipsum et intellectum
et amenas voces habentes. Et ex animalibus
reptilibus ea que leviter moventur ut sunt

sciet superponere in actibus regum magnatum nobilium et aliorum. Et si fuerit [illegible] circulum [illegible] et illa [illegible] Et [illegible] orbis eius est 1 gradum et anni eius fridarie(?) sunt 13. Et anni eius maiores sunt 76. medii anni 48. minores 20. Maximi anni sunt 460.

Et si iungatur soli significat cum precio(?) nuo(?) regum et filiorum magnatum nobilium et dignitatum et sciet disponere facta eorum et regere eorum familiam et conducere uxorum familiam(?) facta. Et si iungatur cum venere significat quod sciet misteria(?) amorem cordarum instrumentorum musicorum sicut citharam violas fistulas organorum harpas tympanorum et plura. Et si iungatur cum luna significat quod natus

Acquisitio (?) Item minor in domibus habet hec significata. In ascendente seu prima domo disciplinas dialecticam scilicet et geometriam, copiosam librorum et doctoris prefigurat // In 2a opes et emolumenta et honestam prefigurat dignitatem // In 3a sorores multiplicat et amicos notorios efficit // In 4a cogitationes varias et dissensiones excitat atque concitat unum eorum regimen meruit accusari. sed finem prestat laudabilem. // In 5a epistolas indicat et rumores amicitatem habitam depellit et a filiis prosperitatem adducit. // In 6a contentiones habet et detractiones ex parte uxoris et ancillarum et malum amicorum et deteriorationem et diminutionem rerum atque honoris. // In 7a contentiones generat inter socios et sodomiticum // In 8a apud vicinos facit odiosum et falsa obicit crimina mortuorum et patrimonium de ea et rei antique // In 9a artes docet geometriam dico philosophiam et astronomiam et huius glorie decorat et ... // In 10 regimen sterile officium et potestatem inimicis ...

Fortune et filia et ex coloribus habet blauum et melinum et dicitur natura calidus et humidus et quia est per se bonus in certo loco dicitur naturaliter bonus plus quam malus et ideo significat naturaliter bonum et non malum. verumtamen primum bonum et id brevis prosperitatis vel sui brevis circuli et naturaliter significat hominem satis honestum bonum secretum humilem sapientem laudabilem vite et multum delectantem in bonis rebus in scientia et legaliter et subtiliter scientiarum et significat habere vitam bonam et notorium clericum sacerdotem prius ... scientiam multam in homine sagaciter grandem ingenium et hominem qui naturaliter delectatur in musica et plenitudine rerum et multe laudis et qui libenter servit alteri de eo quod potest et qui delectatur in vana gloria seu laude hominum et significat hominem mediocris stature inter pinguem et macrum viribus debilem sapientem amicabilem longos digitos habentem et pulcros oculos et nasum longum subtilem et ingeniosum habentem colorem inter album et nigrum frontem elevatam faciem longam rara et nigra barba habentem in maxillis etc. // etc.

et geometria dignitate coronatur // In 11 amicos multiplicat et gaudia ex nobilibus et a nobilibus et cum nobilium // In 12 inimicitias parat atque indissentium curdo et redundo ... sibi facit inutilem de ociosis et qui nullius sunt prudentie facit .... de equorum et quadrupedum cura et medicamine necessaria acquirit.

++ Et significat fortunam in cultu terre si fuerit dignitas hora nativitatis in 4. domo. et ex fide significat religiosos qui habitant ut multi sunt religiosi. et maxime in iunctura licet tamen aliqui non bene sciant deo promissa raro enim perseverant in religionibus et sunt quasi fabula vulgi. / Et si iungatur cum saturno in nativitate significat quod natus habebit odio homines et similabit vos diligere et erit inimicus et aliorum gaudebit de dampno aliorum et de iniuriam vel lite gaudebit et videbitur et quod de bonis alterius sit nocumentum sibi. / et si iungatur cum Iove significat quod natus erit cautus et honestus atque in omnibus benignus et quod ducit bona et placabilem vitam et ordo de laudabilem et si iungitur marti significat quod natus erit susurro et iniuriosus et studebit in maliciis et susurracionibus seminando zizania inter homines / et si iungatur cum sole trino vel sextili aspectu significat quod natus sive per se magis intromittat se de dispositionibus regalibus magnatum et divitum et nobilium quamvis sit + apti regi / si autem iungitur cum Venere significat quod natus erit coronator sicut cumque et quod adhibebit operi atque nature et erit ordinatus in omni suo / honorabilis in omni suo diversitate tamen metho quod et sapere et si maior sit cum recepcione aut vel 6. aspectu et si fuerit in trino erit in suo dispositu ut oppositione erit bellosus intra vel cum verba et multa effundet nec bella ad dare vite de et interiorum corporum dicit tamen non bella quia sua parte in spanctur / continens cap. c. 12.

De luna. xxii

Luna est planeta frigida et humida temperate in differet ad fortunam et infortunam feminea nocturna. habet cancrum pro domo et exaltatur in tauro / et deprimitur in scorpione / tenet ex diebus diem lune / et ex climatibus primum. / et ex metallis argentum et ea que aliquantum alba sunt. ut margarita argentum / et ex membris et sensibus gustum deglutitionem stomacum ventrem et mulierum pudenda et sinistram partem vingas[?] rei / et eius morbi sunt paralisis vultus obliquitas membrorum commocio et circa id genus que ex nimiorum operationibus proveniunt / et est planeta virtutis naturalis et habet appetitum ad scientiam geometrie et arismetice et magistro physice / et ex linguis habet linguam alamanicam / et ex legibus ydoli et ymaginum adorantes et illi aliquos legem ultimam antiqui / et ex pannis. pelles et coltalias[?] / et ex magisteriis pelliparios et educatores monetarum et marinarios / et ex saporibus que sapore carent ut aqua / et ex lapidibus placatos impunitas[?] / et ex arboribus achorum et arundines et omnes arbores albas et bonum odorum et omnia in terra nascentia que non in pedibus eriguntur

Item luna in ascendente desursum exaltationem affert et negociis tribuit effectum mutationes quoque de loco ad locum facere suadet a mentibus inter. et que sunt mulieribus maiores sunt dignitates gaudia inducit atque leticiam // In 2a. domo opes dissipat et ipsi cumque sit facit anxietatem et plantum omnia per turbat // In 3a. gaudio et exultacione principum regumque de eo triumphat viri et negociorum gratatur effectum / Item et mutacionem promittit amicos acquirit et amorem // In 4a sub negociorum finem sive actionibus anxietatem et curam affert si vero durum fuit quo finem concedat nocturna quod contentis in ... mortem tamen affert. nisi pro thesauro vel re abscondita asserit quia in hoc opti...

Et et cum sciendarie natus sit 9. maiori. 420. maioris. 108. medii. 39. cum dimidio. minores. 25. &c

est apperebit cum rebus illa et detegit // pro 3° sicut veritas plena multiplicat
in virgo nocturna fuit quod diurna quam contra semper multiplicat sed
incomodum pellit et de longinquo gestum conficit accipit mandatum // In 6°
lites ex parte penitus prevenit et conversatas corporis salvat atque quadrupedibus operis
aggregat
et copias.

In 7° con
iugium laudaret
et omnem mu
liere de cuius
paret bone
stare // In 8°
lectum seu mor
tem nominatur
ab honore
deponit et
eum qui sub
rege preest
tollit. In 9°
in omni opere co
stanciam ex
de mendacio
et falsis testi
bus et iurgio
omnia pollu
at. In 10°
namque et fu
gam depromit
et sollicitudinem
huiusmodi sunt
et complectatur
... turbatio
inceptam
et infamiam
portendit //
In 11° multa
tempus de terra
ad terram si
gnat ostium
et a mulieribus
prout quolibet
...

et omnes plantas impunitas et omnes caules
et omnia pascua et ex locis fontes aquarum
largas palludes et loca inpinguata cuius
cuique manifeste extitit et ex speciebus que
sunt ex gubernatione et medicina ut cinamo
mum et piper et cetera et ex animalibus equos
rubeos mulos asinos vaccas et lepores
et ex avibus omnes aves leves in suis
motibus et omnia animalia in aere nascentia
et ibidem viventia et omnes aves aquarum
et in colore albas et ex coloribus colorem
compositum ex croco et rubeo. Et signat
quod luna naturaliter significat mulierem et ea que na
turaliter spectat ad mulierem et significat rem de
bilem et parum valoris et brevis pendentem
et servum et ancillam stultiferam prodigam
nuncium viam lotricem aquarum fluvios pisces
pluviam et significat mobilitates et legaciones
coniugia et opera aquarum et infidelitatem. Cuius homo
est mediocris stature cum facie longa
unum oculum habens maiorem altero vel habens in
eo signum aliquod et est ipse albus festinus in itinere
nullius firmitatis vagus fabulator proditor et
cautelosus qui die ac nocte semper considerat huc
et illuc undique discurrens etc. // otto

dente et le
galibus subdit
officiis // et si
fuerit in alti
tudine docet
et omnia providet
negocia / et
si fuerit domus
solis omnium
quadrupedum
diligentem
habet noticiam
et si fuerit domus
lune scilicet cancri
generaliter ab aquis
procedit subti
les decernit iu
dicio // luna in
1° negociis
et interroga
cionibus tribuit
effectum de primo
de regno accipit
negocia et de die
de nocte vero
et regina et que
ad mulieres
pertinent cum
omni accelera
cione facit
negocia. Ver
um nobis nocte
videlicet et die
nullam assi
gnat constantiam
adhuc quam modo dies
et tempus quam provehat
... habitaque ...

dicta portendit munia honores rursus habet
omnia quam ad amoris producit effectum.
Et si fuerit ipsa domus 3° ex domibus in
... astronomia portendit // et si veneris
ancillarum et captivarum venalium subti
lissimum efficit spectatorem harum eciam
tripudiis delectatur / martis vero instru
menta bellica / et si iovis oraciones et pru

dignitatis. Sed autem sol et luna facili fruitur pre
ut privilegio ... sub ... constans habetur
retineri. Si vero omnia ... stabilitate
implicat // In 11° ab amicis inducit gra
udium et spes ratas efficiet // In 12° in
pedimentum et negociorum procedit in instan
tarum ... et ab inimicis ... cavendum //

6

Caput draconis cum fuerit in ascendente significat augmentacionem et fortificacionem ad bonum si cum bonis planetis est iunctum vel ad malum si est cum malis. In 2° augmentacionem substancie. In 3° acquisicionem perfectam et operacionem dei atque sompniorum veritatem. In 4° perfectionem si fuerit in signis igneis vel aereis si vero fuerit in terreis vel aquaticis contrarium significat. In 5° augmentacionem filiorum et liberacionem ab omnibus adversitatibus. In 6° fortunam infirmitatis et augmentacionem servorum et animalium (?) ... tacionem bestiarum. In 7° augmentacionem et fortitudinem mulierum. In 8° fortunam vite et paucitatem mortis. In 9° fidem et augmentacionem filiorum mulierum si conveniant. Nam si fuerit iunctum cum fortunis significat religiosum et peregrinacionem bonam et longa itinera et utilia atque proficua. Si autem fuerit iunctum cum malis significat contrarium eius quod dictum est. Et si fuerit in 10 significat de deo altissimo et magnitudinem regum dominacionem et exaltacionem et structuram veritatis dei altissimi et significat eius sublimitatem et reverenciam atque veneracionem et fortitudinem atque fortunam in dignitatibus suis magisteriis et honoribus. In 11 nullum opus est eo vel in cauda. In 12 significat augmentacionem mali et paucitatem boni.

Capitulum 20 De capite draconis

Caput draconis est naturaliter fortuna et de natura masculina. Sed per accidens fit aliquando infortuna. Est enim natura eius composita de natura Iovis et de natura Veneris. Et hoc significat et augmentatorem rerum quia augmentum significat. regnum et dignitates et substanciam et sublimitatem atque fortunam bonam. Et proprium capitis est augmentare preterquam in dacione annorum quoniam minuit .12. partem eorum cum fuerit cum significatore. Cum cum fuerit cum fortunis augmentat fortunam eorum et cum fuerit cum malis augmentat maliciam eorum. Et significat hominem satis bonum honestum et castum aliquantulum pigrum et avarum lucrum faciens propter fortunam egritudinem frigidam. tarde exiens de carcere seu de exilio. Fiet faciens castitatem seu virginitatem amicum bonum sed avarum vel tenacem in actibus suis stabilem et satis bonum et legalem. hominem diu in bono statu de absente. Et significat de artibus gramaticam et significat deum et altitudinem loci et dominum rectorem loci potenciam nobilem hominem et bonum. Et hec figura in tercia de figuris

Cauda in prima domo significat detrimentum hominis ac nati et separacionem bonorum ac ipsius et miseria et pericula et tribulaciones et si remanserit filius ducis post dictum patrem depauperabitur et vilescet et si remanserit pauper perseverabit in ea. In 2a significat paupertatem et dampnum mercium suarum et indigenciam nati atque occupacionem in malis et eius casum a statu suo et accidit hoc ei ex parte dei et non timebat nec suspicabatur. In 3a significat detrimentum fratrum et ex fratribus et sororibus et ex ea eorum et eorum graviditatis. Quod si fuerit 3a domus signum masculinum accidit hoc in fratribus et si fuerit signum femininum accidit hoc in sororibus et si fuerint in 3a plura quam sit generacionis illius signum accidit in fratribus et sororibus et forte morietur aliquis ex eis aut eis non sit dampnum vel accidit aliquid cum fratribus vel cum aliis consanguineis minoribus se vel cum amicis seu amicitiis. Si autem fuerit in 4a significat penuriam sive indigenciam et paupertatem atque laborem in possessione rerum absque utilitate. In 5a significat diminucionem fortune ac ipsius corporis et casum rerum horribilium in filiis et vetustatem destructorem. In 6a egritudinem ac debilitatem servorum ancillarum et minorum animalium.

hominum significat hominem mediocris stature cum longa facie et longo collo et largo ore et magnis dentibus et multorum capillorum et hominem firmum et constantem. De cauda

Cauda vero est mala et de natura feminea sed per accidens fit aliquando fortuna et est nam eius composita de natura saturni et martis et hec significat diminucionem delectorum scilicet ex casu atque paupertate et breviat omne bonum diminucionem atque omnis fortune et dicunt philosophi quod proprium caude est diminuere quod cum fuerit cum fortunis minuit fortunam eorum et cum fuerit cum malis minuit maliciam eorum et tunc fit eis fortuna accidentalis. Unde dicitur quod caput cum fortunis fit fortuna et cum malis mala. Cauda vero cum bonis mala et cum malis bona. Et significat hominem malum macilentum vagum instantem furiosum mendacem mediocris stature cum longa facie et largo ore et magnis dentibus cum longa barba et spissorum capillorum. Et significat viam peregrinam servum necnon et fugitivum animal infortunatum latronem servum falsum fraudulentum amicum locum periculi malam mutacionem de loco ad locum

diminucionem et infirmitatem corporis et diminucionem infirmitatis et infirmitatis corporis. In 7a significat diminucionem atque detrimentum vel extenuacionem seu extinguacionem corporis infirmorum. In 8a significat destruccionem bonorum et fortitudinem principum et generancium. In 9a significat mortem et reliquias mortuorum et significat percussionem rerum cum morte et postremam mortem. In 10a mutacionem de loco ad locum et diminucionem fidei atque religionis et longa scriptura non habita sed disposita magis quam locata. In 10 impedimentum regum atque nobilium et magnatum et diminucionem honoris et depositionem periculis et peregrinacionis sive casum. In 12 detrimentum animalium maiorum ac ipsorum diminucionem partis et minimum ex multorum et paucitatem malorum.

nitam malignam egritudinem calidam ma
lum statu absentis ni[...] plenam pi
culis et de artibus dialectica. cultum loci
existencia laboris et breuem perseuerancie
in sua genere et pueri opus lastinorum et ma
lorum hominum in omni genere sui et homicidiorum
et lusorum etc. Differencia 2a de
esse accidentali signorum.

Et quia auxiliante deo iam perfecimus
esse signorum et planetarum essenciale nunc
perficiamus ipsorum signorum esse accidentale
Sapientes enim antiqui posuerunt diuisi
onem circuli signorum per partes inequales
fieri a quodam circulo qui per cenith regionis
transit per duo capita diuisionum equalis
per 6 circulos transeuntes de statu ori
zontis recto regionis ad statum orizontalem
regionis et tale pars est immobilis in regi
one quia isti 6 circuli diuidunt illum circulum
cenith in 12 partes equales et in 12
partes inequales zodiacum qui 12 domus
seu turres dicuntur. quarum noia sunt
hec istis causis. Nam prima que est in oriente
dicitur prima domus astris. 2a sequens et cadens
et significat dicta esse in regione sua

quia illa duodecim habent respectus. Et ego dicam
si deus voluerit significationes uniuscuiusque earum
Et ipse sic habent scilicet quedam earum dicuntur
principales scilicet 4or earum que dicuntur angu-
lares scilicet prima 10a 7a et 4a. Et quedam
earum dicuntur minus principales et iste sunt
duplices. nam quedam dicuntur succeden-
tes angulis et quedam cadentes ab angulis
ut videbitur postea duo accidentia per infra
scripta. Incipiamus ergo dicere de proprietatibus
et significationibus dictarum 12 domorum in speciali
incipiendo a prima. De prima domo

De prima domo

Prima domus tamen initium est ex parte
orientis ut dictum est et dicitur ascendens et ista domus
ut dicit Alkabicius et alii sapientes
significat corpus et vitam eius nati seu interrogantis
et significat initium eius operis et significat naturaliter queren-
tem et eius intencionem et locum in quo querens ha-
bitat scilicet domum et civitatem. Item significat nativitatem
pueri et puelle etatem et animum uniuscuiusque hominis
et statum animi quod est dispositio ex sanitate et in-
firmitate leticia tristicia fortitudine et debilitate
et quidquid ipse querens intendit facere et dicere atque
tractare. Item prima domus naturaliter significat
principium orientis et de negociis hominis eius

Et de coloribus album

cialis significat caput et quicquid boni vel mali est
in capite intus et extra scilicet cerebrum oculos et
nasum os et dentes aures vocem et memoriam
Et in prima domo consideratur hec scilicet utrum
status alicuius debeat cito meliorari vel dete-
riorari. De vita alicuius qualis sit et erit et
utrum brevis vel longa. Utrum principium talis
rei erit bonum vel malum. De intencione
querentis utrum aliquis sit bonus vel malus et
eius condiciones. Item utrum sit largus vel avarus
utrum sit nobilis vel non, quamdiu sit non aliquis etc.

De 2a domo

Secunda domus naturaliter significat substanciam
et lucrum futurum querentis per laborem
corporis et manuum suarum et significat omnes res mo-
biles que sunt in sua potestate scilicet querentis utrum
censum et denarios quos habet et quos lucratur
et expensas et cuncta que sunt mobilia in domo
et sub domo querentis utrum omnia vasa orna-
menta arma et similia et est domus suc-
cedens angulum. Item hec domus 2a significat
socium secretum sive familiarem vel consiliarium
querentis in sermone et in alio privato actu
et de quo multum confidit et qui ei sepe servit
gracia beneficii dunciarum et fortune. Similiter

/ hic etc. 2a domus alia significat abscondita secundum signo sibi nati. Item ipsa significat fratres minimos et collectores Sp. c. 3. a. 12. et significat pretes et amores minores regum et eorum itinera mediocria. Sp. c. 4. ab. 11. et significat filios et ambaxiatores a tercio c. 4. a. 10. et professionem religiosorum

Significat sociam secretam ipsius querentis consiliatricem et coadiutricem fortunatam et quam diligit et de qua consedit lucrum quod quidem facit et debet facere in terra in qua est et in statione quam tenet et lucrum quod facit per se et habere de re sperata et amata et quod procurat et procurare intendit arte vel ingenio. Similiter significat rem perditam ex furto vel alio casu et de membris corporis significat collum et gulam. ¶ Et in 2a domo considerantur ista scilicet: si debeat in mense vel anno vel futura ebdomada aliquid lucrari vel ne scilicet. De tali empcione quam querens intendit facere vel negociacione debeat bene lucrari vel ne scilicet. Debeat cito a N. recipere pecuniam vel ne scilicet. N. de familia sit fidelis vel ne scilicet. Utrum res perdita sit in domo vel ne scilicet. Pecuniam quam quis vult deponere apud talem debeat esse ibi salva vel ne etc. //

Sp. c. a. 3. et uxores et sorores et minores fratres compilatores (?) minores et socios Sp. 11. ab 8. et mortem uxoris et sororum et minorum abscondita Sp. 8. a. 11. et religiones et itinera longiora Sp. 9. a. 6. et magistra filiorum Sp. 10. a 5. et amicos et fortunam patris Sp. 11. a 4. et inimicos occultos fratrum et sororum et alia magna Sp. 12. a 3.

Vel de colore viridis.

Sequitur de tercia domo

Tercia domus naturaliter significat fratres sorores consobrinos et propinquos amicicias et dilectiones fidem ac religionem mandata et legatos mutaciones et itinera minora secundum dicit Adila quod significat agnatos et cognatos secundum dicit Zael

Item 3ª domus habet etiam aliam significationem. Significat statum familiarium qui est 2ᵘˢ a 2ᵒ scilicet parentes inimicorum occultorum et eorum domus et ... est 6 a 12ᵒ et filios amicorum qui 5 ab 11 et infirmitates regis qui 6 a 10 et primatus religiosorum et eorum servos atque

amicos atque ... qui 7 a 9 / et mortem absconditam et familiarium principum et eorum adiutorum qui 8 ab 8 / et religionem regis qui 9 a 9 / et magisterium suorum qui 10 a 6 et

quod significat contemporaneos in sectis et captivitates et sophismata et gaudium et significat omnes sectas et omnes hereticos. Et dixit [illegible] quod significat omnes consanguineos et propinquos qui sunt minores nato vel parentis. Item dicit quod significat vicinum vicinam scilicet domus loci vel propinque parentis et potum in statione lucri et laboris vel in brevi viam et discipulum adjacentem, amicum obedientem parenti, nuncium parentis, ambaxiatam, literam missivam, rumores de aliquo, sophismata, viam brevem, fortunam boni et mali in via, et de membris hominis humeros et brachia manus cum suis accidentibus. Et in 3ª domo considerantur ista scilicet utrum frater vel soror amicetur, vicinus vel vicina sit ei fidelis vel non, et utrum aliquis fidelis vel [illegible]. Et de eo fratre utrum bene vel male. Et de rumore utrum verus vel falsus. Et utrum verum sit vel falsum quod dicitur. Et utrum sophisma sit bonum vel malum quamvis hic pertinet magis none domui. Item quis duorum fratrum faciet mortem. Item de uno fratrum vel sororum. Item utrum iter sit bonum vel malum etc.

Nota de coloribus tertium

amicos filiorum et eorum fortunam qui 11 a 5 / et primatus vel [illegible] patrum qui 12 a 4 et eorum ... /

De quarta domo.

Quarta domus dixit Alkabitius quod habet significare parentes avos et omnes antiquos ex recta linea ascendentes masculos seniores

Item hic .4. domus cum alia parte. cum hic sequitur [illegible] fratrum
in est .2a. a 3. / et fratres familiares

parentes et socerus et omnis hereditates post illas
que hereditarentur ex mortuis et que dicentur in 4a
domo. Item significat domum campum vineam
nemus ortum herbarium aream cuiuslibet possessionis
cuiuslibet et statum atque palacium et omnia immobilia
que sunt in terra ut sunt hedificia turres ci-
vitates castra et silva. Et hic significat thesauros
absconditos et quidquid est sepultum seu subter-
ratum et finem uniuscuiusque rei et principium omnis rei
querentis et ventrem infernum noctem consilium
fratris vel sororis querentis hominis senem et quidquid
post accidit mortuo in sepultura sua et post sepul-
turam et utrum sepeliatur vel comburatur vel diminuatur
eius cadaver sua quod non curetur de ipso. Et accidit
aliquando in suspensis vel alias interfectis et in mobilibus
corporis partes stomachum tamen interius quam exterius. Et
in 4. domo considerantur ista s. utrum querens diligatur
a patre vel avo vel non. Utrum bona paterna debe-
ant augmentari vel non. Utrum res perdita de-
beat unquam inveniri seu recuperari. Utrum talis
sit in tali loco vel non. Utrum bonum sit fundare
domum vel non vel palacium in tali loco. Utrum
sit talis quod incipiatur debeat bene et fideliter
compleri. Utrum in tali loco sit thesaurus occultus
Item in qua parte loci sit talis res sive thesaurus
sive persona fugitiva. Ad quem finem pervenient

vel circa [illegible] umbilicum

quod de re incepta vel incipienda et de consti-
vel habuit etc. vel in anno vel mense etc.

De quinta domo.

Dixit Albubater quod domus quinta naturaliter significat filios et filias delectationes lega-tos donationes. Et alii dicunt quod significat pre-dicta et gaudia et vestimenta. cartas li-bros nuncios atque novellas et omne id in quo habetur fiducia et honor et potationem et mulierem amicam et eius cibum et fructus hereditatis. Et ut plenarie dicatur ipsa significat tibi potum domus promissionem nuntium bonum missiva amicorum amicam gaudium placitum fructum hereditatis. i. possessorum domus tempore nativitatis. et significat basium amplexum embrionem quoque et pregnantem censum patris et eius comitatum cives et de membris cor-poris cor. Et est consideranda in hac domo. Utrum quis debeat gignere sibi heredem vel non sed utrum habebit umquam filios vel non. Utrum mulier sit gravida. Utrum mulier gravida habeat in ventre masculum vel non. Utrum filius sit legitimus. Utrum promissum debeat sibi dari. Et taberna debet esse in quinto. Utrum filius talis sit bonus vel non et ista de filia. Utrum quis debeat letari

v et de colo
alon mell

de ambasiata quam receperit uel de nuncio uel lite
bterno. talis sit ipse pater .N. uel nec. Utrum
filius fugitiuus reuertetur uiuus uel nec etc.

De sexta domo.

Alcabitius et alii philosophi dixerunt quod sexta domus
dicitur domus infirmitatis seruorum et ancillarum
et quicquid futurum sit ante senectutem. Et ut bre
uiter dicam ipsa significat infirmitatem seruum ancillam
uassallum seruitorem domino uel domine et hominem sub
iectum alteri impedimentum notabile aliter egritudinis — 4 et dicit haly quod significat de infirmitatibus membrorum exteriorum et significat prodiciones et significat insidias et maleficia et mutationem de loco ad locum
infirmus et consequenter stultiferum pedissequum animalia
quadrupedia que non equitantur. hospitale seu locum
infirmorum. laboratorem pro precio. Ut lignorum
fractorem et rem fractam seu dissipatam timorem
pauorem paupertatem testem falsum ruffianum
ruffianam hominem pauperem et qui uadit hostiatim
maleficium seu fascinacionem notitiam alterius fati
gacionem fumum tenebras. Et de membris uentrem — De colore egrorum
et eius interiora. Et que querantur in .6. domo
Utrum infirmus debeat mori uel euadere de infirmitate
Utrum iste anno debeat infirmari. In qua parte
corporis sit infirmitas. Qualis sit infirmitas. Utrum
N. famulus sit bonus uel malus. Utrum uel puer
Utrum animal perditum recuperabitur. uel sit mortuum uel nec etc.

Sequitur de septima domo

Septima domus nativitatis significat punctum occidentis
et conditionem querentis in omni hoc parte
occidentis. Et dixit argaphalo quod domus 7a
est domus mulierum et significat nuptias et con-
temporaneos. Et ista domus significat partem occidentalem
et dixit et locum ad quem quis vult ire. et in-
imicos publicos et medicum medicatum et re-
spondentem ad quorum oppositum. Litem contendentium
contrariorum et potentiam inimici querentis seu
adversarii partis. portam occidentalem cuiuslibet loci.
uxorem amasiam coytum latronem furem
fugitivos ruffianos ruffianam meretricem
tabernarium hospitem ludum taxillorum
lusorem reparationem bellorum. consilium provenientem
seu famuli. bellum seu pugnam. de tempore
annum aucupii qualiter loci longinqui
de membris dorsum ancas et culum. ¶ Et in 7a
domo considerabimus ista. scilicet utrum furtum cum
ipso debeat recuperari. quod vel qualis fur
fecerit. ¶ Utrum quis item mulierem accipiet
in uxorem. ¶ Utrum item rem amittet.
¶ Utrum fiet illud matrimonium. ¶ Utrum uxor vel ama-
sia sit querenti fidelis vel non. ¶ Utrum tallis

[Left margin:] Sirocis atque societatibus expulsis bannitis sive exulibus aut bannimentum et emptoribus atque venditoribus et de pactis inter partes

[Right margin:] 1 de [illegible] albim

mulier sit virgo vel corrupta / si quis potest bel-
lancium debeat optinere victoriam / Item quod impe-
debeat fieri victoria de guerra vel litigio
incepto vel fieri gardia / Item utrum perdita
debeat recuperari vel non etc.

De octaua domo

Octaua domus ut dicunt philosophi naturaliter
significat dotem siue censum mulieris
et uxoris amasie concubine hereditatem mor-
tuorum. hanc homicidium. mortem. consiliatricem
uxoris timorem pauorem periculum aliquod
mali futuri et dampnum percussionis tormen-
ti ignis combustionem et penam atque sanguinem
et hominem absentem et statum absentis et lucrum
inimici absentis / Item quod homo potest et debet facere in domo
aliena et terra si mutet domum et terram
ut cuiusmodi domum stationem vel hospicium / Item
significat occasionem insultum effusionem sanguinis et refurata
recepta nigro innocentia domo et comitatu
cuius ex parte sanie occulte et de membris
aliorum membra utriusque sexus naturalia / Item
in 8. domo considerantur omnia supradicta et
cetera / Item absens sit viuus vel mortuus / Item

omnia de co-
loribus
nigrum

verum absens veniat et utrum ex re-
verum talis debeat mori hoc anno vel
ne Et quali morte debeat mori etc.

Sequitur de nona domo

Nona domus dicitur tiberiadis que
dicitur domus fidei et religionis
longinquorum itinerum Et dixit alkabi-
cius et adila quod significat visiones et cultura
deitatis omniumque religionis domos et vere
sciencia et philosophiam et scripturam libros
epistolas legatos narraciones rumorum et significat
somnia vite Dico igitur quod naturaliter significat
etiam generalem et particularem plebem mo-
sterium religiosorum heremitorum oratorum ecclesiarum
sacerdotes fratres sorores religiosas monachum
et monacham officium ecclesie ut matutina
prima missa et alia diversa officia que
dicuntur in ecclesia cantum campana in seum
ad placendum vestem honestam prudenciam
predicatorem viam longam viciam in via
ambaxiatam verborum ambasiatorem licenciam
missiva rumorum scripturas seu visiones
in sompnis studium doctrine laborem studendo

secundum in studio

scdm pro studio cernatur aethiopes brun c(et)
siles · c(et) hore z de beste honstatz bestitum
librum picturam colloquium / c(et) de men — v(e)l de colo[bus] colorum mett
bris ar^b sig^t operatur · Sit in q(ua) domo ar
peratur q(uod) ars sit danda puero(rum) Sit
melius sit hoi mutare arte vel ne / Sit
sophis sit bonum vel malum / Sit sophia
sit verum vel falsum / Sit quo poterit be
neficium impetrare vel ne / Sit thesaurus
ecclie augmentabit vel ne / Sit via qua
quo vult facere · sit secura vel n(on) c(et) utilis
vel ne c(et) c(etera) //

De decima domo

Dixerunt albuna c(et) alij antiq(ui) sapi
entes q(uod) ·10· dom(us) est dom(us) regia
c(et) hic significat imperium atq(ue) regnum
et magisteria c(et) dignitates atq(ue) officia et
omnes artes q(ue) per eos exercent quib(us) locatur
magister c(et) dixit mesahala q(uod) significat
mores animas c(et) virtus vetustas c(et) astutes
c(et) societas / Dico igitur q(uod) signo honorem
laudem mercatiam rem perdita seu fura
tam mres parentes / seu novitam ami
citiam amicorum / iannua ciuit(atis) meridionale

virtute medicine herbe · c empti contra-
c allcuarij · officium oracionis dispensacionem dignitatem
regimen rectoris loci · disputacionem legis decretorum
decretalium · magisterium artis licenciature vel
grammatice logicam judicem legem statutum
Juratum servari questionum scolarium · priorem
abbatem abbatissam vicarium episcopum archiepiscopum
patriarcham legatum cardinalem papam imper-
atorem regem ducem marchionem comitem
potestatem capitaneum rectorem seu alcaydum
algazillum censum clerici · beneficium festum
tempus completum vel eciam quod fuit ibi pla-
radisum · deum · celum · gloriam paradisi
c de temporibus anni estate · fertilitatem omnium
bonorum / c de membris geniture. Et in · c de xlv bij rikum
10. domo consideratur esse ista vel utrum
debeat talis dignitatem habere vel non vel utrum talis dig-
nitas sit sibi utilis vel non vel utrum quod hoc anno de-
beat a dicto officio ad habere vel utrum talis
debeat deponi a dignitate vel officio vel regimine
vel non vel utrum quod debeat pervenire ad
questionem talem vel non vel utrum debeat esse factus
rex coronatus vel non / significat esse nobilitatem
domus sanctitatem virtutem altarum dignitatem

officium p(ro)prie c doctorum artis etc.

De undecima domo

Undecima domus dicitur domus fortune fiducie et spei. Et dixit zael quod sustendit angulum medii celi et significat substantiam regis et eius redditus seu tributa et eius milites et pedites et ambaxiatores et virum qui sustendit regi. sive servum principes post eum. Et dico quod significat fortunam querentis de re quesita et amicos et amicitiam sine ligatura gradus sanguinis et adiutorium amici, et rem quam querens amat et de qua sperat habere consolationem seu aliquem fructum et censum rectoris socium secretum alicuius rectoris vel prelati de quo dominus loci seu prelatus in regione se multum confidit videlicet legitimum amicum benefactorem querentis et de membris hominis tibias. Et in hac domo considerantur etiam utrum quod debeat et possit habere rem quam desiderat vel non. Utrum speret vel fiducia quam quis habet in bonare quod diligit debeat bonum sibi valere vel non. Utrum quod debeat recipere succursum ab amico vel non. Utrum notum

a de colob(us)
vrecum

amicus qui longinquus moratur sit memor promissi vel ne. Et si erit fortunatus in illo negotio vel non. Et res credita vel presta(ta) veniet ad effectum vel ne etc. // **De 12a domo**

Domus 12a ut dicit Adila hec significat inimicos occultos et deceptores invidos et hec significat boves equos asinos camellos et omnia animalia que equitantur et similia. Et significat merores tristicias planctus fletus lamentaciones susurraciones et blasphemias carceres malivolencias. Et dicit Zael quod significat calliditates et malas cogitaciones. Et Alkabitius dicit quod significat labores et mala ingenia et significat fine vite et quod contingat mulieribus ex conceptu et ex partu sive bonum sive malum ut dicit Dorotheus. Et aliqui dicunt quod significat ista domus carceres et incarceratores. Alii vero dicunt quod 8a domus significat carceres et alii dicunt quod 2a domus significat carceres. Et veritas sic se habet ut dicit Dorotheus quod 4a domus significat carceres hoc est capientem et ipsum actum capiendi. 8a vero carceres scilicet ipsum actum incarcerandi. 12a vero significat

carceris. hec est locum carceris et ipsum atrium
captiui seu incarcerati. Et in hac domo
consideratur utrum incarceratus seu detentus debe-
at euadere uel non, utrum bannitus uel uinctus debe-
at in patriam reuertari, utrum quis habeat pri-
uatos ~~amicos~~ inimicos et alia similia
que pertinent tangere significationem domus 12e. Et hec suffi-
ciant de narratione proprietatum domorum.

et de morte pedes et de coloribus uiridis

Sciet uero quod de istis 12 domibus quedam sunt digni-
ores ceteris et iste sunt 4or scilicet signum ascendens
quod est prima domus, et 4a, 7a et 10a. Et dicit
Zael quod hec signa sunt ueluti anguli celi
que significant omne quod presens fuerit ex rebus
id est presencia rerum et fortitudinis in omni re.
Et ex aliis 4or sunt succedencia id est ascen-
dencia post dictos 4or angulos et iste sunt
2a, 5a, 8a et 11a. Et hec significant omne quod fu-
turum est ex rebus. Reliqua uero 4or dicun-
tur cadentes ab angulis que sunt 3a, 6a
9a et 12a. Et hec significant quidquid recessit
seu preteritum fuit iussu dei. Sed de istis 4or
cadentibus 6a et 12a dicuntur et sunt deteri-
ores quia sunt loca tenebrosa et cetera.

Sequitur de aspectibus planetarum in dictis domibus

Planetarum aspectus est ut dicit zael quod
quadruplex · scilicet ~~coniunctio~~ coniunctio oppositio
quartus trinus · sextus / Sed coniunctio dicitur · quod non
est proprie aspectus · cum proprie aspectus dicatur
ex proiectione radiorum unius planete ad alterum · ut dicit
guido · guido de cauliaco in sua summa astrologie et
ideo est quadruplex aspectus · scilicet oppositus · quartus · trinus
sextus · / Oppositus dicitur quando inter duos pla
netas est medietas · zodiaci · hoc est · 6 ·
signa / 4us aspectus est quando inter duos planetas
est · 4a pars zodiaci · scilicet 3a signa / 3us aspectus
est quando inter ipsos est tercia pars zodiaci · scilicet 4or
signa / 6tus aspectus est quando est 6ta pars zodiaci
· scilicet duo signa / de coniunctione iam dixi tibi quod
non proprie est aspectus / sed coniunctio est quando duo
planete adinvicem sunt coniuncti in uno signo
et hoc modo dicitur duplex · scilicet plena et non plena
plena dicitur quando est modo sine latitudine
non plena quando est cum aliqua latitudine / et
utroque modo habet triplex tempus · scilicet initium medium et finem
Item dicunt philosophi quod aspectus proprie durat
tantum quantum durat circulus lucis seu orbis
lucis cuiuslibet planete / Est autem durat quilibet
circulus ut dicit zaelem et alios auctores in li
bris suis de hac materia / De fortitudine — scilicet 6 in principio dicta de esse planetarum.

quando planeta est in loco ubi non potest recipere quod alter dat sibi / Contradictio est quando unus
planeta debet coniungi cum alio et antequam sit coniunctio retrogradatur / Impeditio dicitur
quando sunt 3 planete in uno signo sic quod primus est levior aliis stat quod antequam
medius possit coniungi cum ultimo primus illos transivit · / Evasio est quando planeta debet
in uno signo coniungi cum alio et antequam fiat coniunctio transit ulterius ad aliud signum
/ Intercisio est quando planeta unus debet coniungi cum alio et per retrogradationem alterius ad primum devenit
/ Combustio dicitur cum stella est in casu suo et alter suus amicus cum respicit / Receptio
dicitur quando unus planeta tenet alterum in sua domo · / partes · sunt stella longitudo que
est inter duos significatores super unam vel signum naturalem et casus eius in locum notum
ex circulo et sunt multe partes · ut potest videri per albumasar in introductorio suo
magno tractatu ultimo · et de quibus aliquid potest videri in summa quam feci in 3a parte.

et sic summatim ponam tibi aliqua planetarum quae sunt multiplicia scilicet fortitudo et debilitas coniunctio aspectus applicatio separatio pilitas solitudo alienatio augmentatio lucis et numeri directio retrogradatio statio orientalitas et occidentalitas translatio collectio prohibitio redditio contraditio impeditio evasio interceptio compassio receptio perfectio quia per ista fuit omnis effectus seu defectus in hoc mundo. // Et debes scire quod fortitudo planetae est quando habet seu possidet planeta dignitates seu virtutes. Ut quando fuerit in domibus suis vel exaltationibus vel triplicitatibus vel terminis vel faciebus vel quando fuerit in bono loco ab ascendente ut quando fuerit directus et velox cursu et liber ab infortuniis et fortis et aucta lumine et numero et in suis gaudiis. Debilitas autem planetarum est quando fuerit in locis sibi non congruis ut quando est in oppositis domorum et exaltationum suarum et aliarum dignitatum et impeditus combustus et malus et quando est retrogradus et in via combusta et in gradibus.

autem et debilitate planetarum quae sunt sicut fortitudo et quae debiles vide zaelem in libro suo iudiciorum et leopoldum et guidonem bonati in introductorio suo magno in prima parte. Item nota quod planetae quidam sunt amici quidam inimici. Nam sol et mercurius sunt amici. Venus iupiter amici. Mars sol amici. Luna iupiter amici. Saturnus mars amici. Isti vero sunt inimici scilicet luna mars, venus mercurius, iupiter mars, venus mars, sol saturnus.

De testimonio planetarum

Testimonia dicuntur habere planetae quando scilicet planeta habet partem seu dignitatem in loco ubi est. Et si fuerit in domo sua aut in exaltatione sua aut in triplicitate vel termino aut in facie sua. Sicut dicit zael quod planeta est potentior cum fuerit in signo in quo habeat testimonium.

De locis circuli in quibus gaudent planetae

Gaudium planetarum fit .4. modis ut dicit zael et alii. Primum gaudium eorum est ex circulo quia mercurius gaudet in ascendente. Luna gaudet in .3. Et venus gaudet in .5. Et mars gaudet in .6. Et sol gaudet in .9. Et iupiter gaudet in .11. Et saturnus gaudet in .12.

Coniunctio est quando duo planetae adiuncti sunt in uno signo et hoc est duplex scilicet plena et non plena. Plena dicitur quando est sine latitudine. Non plena quando est cum aliqua latitudine et omnis coniunctio habet triplex tempus scilicet principium medium et finem. Aspectus dicitur iactus radiorum unius planetae ad alium hic est 4. ut dictum est. Et quilibet istorum aspectuum est duplex scilicet perfectus quando est per gradus perfectum imperfectus quando per gradus signi ... non quantum durat aspectus ut dictum est supra. //

Durat autem lumen eius planetae. Ut sol lumen eius durat per .15. gradus ante et retro. Et saturnus .30. gradus durat orbis luminis eius. Veneris et mercurii .7. ante et retro. Lunae .12. saturni et iovis .9. martis .8. Applicatio est quando aliquis planeta alteri iungitur scilicet per coniunctionem aut aspectum seu propinquitatem. Separatio quando ... ab alio recedit. Pilitas dicitur quando planetae fuerint in gradibus ... in ascensu. Solitudo vel peregrinatio dicitur quando aliquis planeta per spatium nullius in toto signo applicat. Alienatio seu evasio vel separatio est quando planeta caret omni respectu. Augmentatio lucis et numeri dicitur quando est

addit super medium cursum. Directio quando planeta vadit de inferiori parte epicicli ad superiorem. Retrogradatio quando vadit de superiori ad inferiorem. Statio quando est in medio ipsius epicicli. Orientalitas vel occidentalitas quando est ante vel post solem. Translatio quando unus planeta respicit alium et ille transfert naturam unius ad alium. Collectio dicitur quando duo planetae unum applicuerint. Prohibitio quando sunt planetae .3. in uno signo sic quod medius prohibet extrema iungi. Redditio dicitur

Secundus modus gaudii ipsorum planetarum est ex fortitudine eorum in domibus suis principalibus. Et saturnus quidem gaudet in aquario eo quod sit propter masculinitatem domus sua. Et iupiter gaudet in sagittario. Et mars in scorpione. Et sol in leone. Et venus in tauro. Et mercurius in virgine. Et luna in cancro. De aliis autem duobus modis gaudii vide zael et alios sequentes in libris suis iudiciariis.

Sequitur de 3° ordine annorum cuiuslibet planete

Debes scire quod triplex est ordo annorum cuiuslibet planete ad sciendum vitam et tempus alicuius. Nam quilibet planeta dicitur habere annos maiores, medios et minores. Ut saturnus anni minores sunt 30, medii sunt 43, maiores vero sunt 57. Et sic de ceteris planetis ut poteris videre late per guidonem in prima parte sui introductorii etc.

Sequitur de partibus corporis quas quilibet planeta habet in quolibet signo

Dictum est supra in prima differentia et 2a istius doctrine de planetis et de 12 signis seu domibus qualiter quilibet partem aliquam corporis teneat. Nunc vero est dicendum

In speciali quam partem corporis quilibet planeta significet
in quolibet signo incipiendo a saturno primo
planeta et ab ariete primo signo. Ut si fu
erit tibi facta questio de aliquo infirmo vel
de aliquo dolore quem quis paciatur ad sciendum
in qua parte corporis particulariter est. Vide tu in quo
signo sit significator egrotus saturnus si fuerit
saturnus et fuerit in ariete. Signat egritudinem
seu dolorem esse in pectore quia saturnus existens
in ariete signat de corporis hominis pectus Jupiter
existens ibidem signat ventrem. Mars caput
Sol femora Venus pedes Mercurius crura
Luna genua. Et ita intellige de omnibus
signis. In tauro. saturnus ventrem Jupiter
dorsum. Mars collum. Sol genua. Venus
caput. Mercurius pedes. Luna crura. In ge
minis saturnus ventrem Jupiter verenda et que
suspendit. Mars pectus Sol crura et
taxillos pedis Venus collum Mercurius caput
Luna femora. In cancro saturnus vi
lia et cordis suspendium Jupiter femora
Mars pectus Sol pedes Venus humeros
et brachia et manus Mercurius oculos Luna

caput ¶ In leone saturnus verenda et eius
sustendencia Jupiter femora et genua
Mars ventrem Sol caput Venus cor Mercu-
rius humeros et guttur Luna collum
¶ In virgine saturnus pedes Jupiter genua
Mars ventrem Sol collum Venus umbi-
licum et partes ei adiacentes Mercurius cor
Luna humeros ¶ In libra saturnus
genua et eorum sustendencia Jupiter oculos
et eorum circumferencias Mars verenda
et eorum sustendencia Sol humeros Venus
caput Mercurius verenda Luna cor ¶ In scor-
pione saturnus cavillas pedis et eorum
sustendencia Jupiter pedes Mars caput
brachia et femora Sol cor Venus verenda
et sustendencia ipsorum Mercurius dorsum Luna
ventrem ¶ In sagittario saturnus pedes Jupiter
crura et caput Mars pedes et manus Sol
ventrem Venus femora et brachia Mercurius
pudibunda et cor Luna dorsum ¶ In cap-
ricorno saturnus caput et pedes Jupiter genua
et oculos Mars crura et humeros Sol dorsum
Venus femora et cor Mercurius verenda et
eorum sustendencia pudibunda Luna lumbos

In ariete saturnus caput et collum, Jupiter humeros pectus et pedes, Mars axillas et cor, sol verenda et cordis sustentacula, venus genua et cordis sustentacula, Mercurius femora et cor, luna verenda. In piscibus saturnus collum humeros et brachia, Jupiter caput et cor, Mars ventrem et axillas pedes, sol femora et cordis sustentacula, venus collum et dorsum, Mercurius crura et verenda, luna femora. Et hec de signis planetarum pertinentibus in membris animalis in quibus signis. De signis non planetarum in quibus domo celi et de partibus earum vide late per albumasar et per guidonem boneti post albumasarem de revolutionibus annorum mundi.

Que pars celi dicatur dextra et que sinistra

Notandum est quod quarta illa celi que est a linea medii celi usque in ascendens et ab inde usque in linea quarte domus vocatur medietas ascendens. Et residue vero due quarte ut dicit guido vocatur medietas descendens. Et illa pars celi que est super terra vocatur dextra celi nobilior et fortior. Et que est sub terra vocatur sinistra celi

pª domus

minus nobilis et debilior. Et ab ascen-
dente usque ad 4am domum dicitur dextra ascendentis.
Et ab ascendente usque ad 10am domum dicitur
sinistra ascendentis. Et dextra ascendentis dicitur
dextra orientalis. Et sinistra ascendentis dicitur
sinistra orientalis. Et hec breviter suffi-
ciat de 2a doctrina et eius differentiis.

Questio de 3a et ultima doctrina que est
de modo iudicandi per omnes domos celi
incipiendo a domibus prime domus. Et
primo de hora accipiendi ascendentis

Omnes antiqui ut dicit Hali fuerunt
discordes in hoc. Nam Hermes
dixit quod hora accipiendi ascendentis super
conceptionem est cum quemvis generant et ma-
gister et talis sive magister seu astrologus acci-
pere ascendens. Indi vero dicunt quod conceptiones po-
site sunt super voluntate generantis. Et dicunt
quod seminis conceptio discordat propter permutationem
voluntatis generantis in horis. Ptolomeus dicit
quod ascendens conceptionis debet accipi hora qua astrologus
applicat ad magisterium. Hali vero dicit
et melius videtur michi scilicet quod hora accipiendi

Et est antequam ad iudicia procedam dicendum est quod dicit mesahala quod astrologus potest errare et esse deceptus in suis iudiciis quattuor causis. Primo modo quando ille qui facit interrogationem nescit facere, 2o quando astrologus accipit male ascendens scilicet cum falso instrumento vel aliter, 3o quando ipse astrologus accipit ascendens per altitudinem solis vel alicuius stelle et ipse nescit utrum sol vel illa stella est ante vel post lineam medii celi, 4o quando in figura coniungit sint cadentes fortune et infortunie ita quod nullus fortunas et infortunas sit cadentibus in iudicio sive in figura ita quod infortune sint cadentes fortunis et ideo astrologus non potest bene discernere de facto propter verum ibi bene vel male, et isto casu dz dimittere iudicium seu differre et facere de novo aliam figuram. 5o modo quando astrologus iudicat per affectionem et non per scienciam et ideo non licet alicui quod ipse iudicet de se ipso nec faciat quod vellet quod est magis ... iudicare pro se quam pro se

astris coniunctus dz esse quando querens dicit et
desperat magnum quod accipiat astrum et
videat de tali re sibi notitiam scire, et
non quando applicat ad eum, quando si appli
cat et non dicit quod accipiat et videat de
facto et relatio eius nec dicit astris nisi
quando dubitat. Et quando dicit quod astris dz accipi
eum exit leviter querentis de re sibi notitiam

Ad cognoscendo almutaz qui est signi
ficator querentis.

Dicit hali quod almutaz idest significator
querentis quod erit per se vel plore qua
petit vel per re que fuerit in se et aliud
est dominus ascendentis si apparuit ascendens. Et si
fuit cadens ab ascendente quod non appariat tunc
aspice lunam et si appareat ascendens accipe
ab eam pro significatore querentis. Circa
istam materiam hali facit magnum
sermonem in c. 9. sue summe prout ubi vi
deas si volueris. Sed quid sit oppinio
omnium astrologorum est, quod semper dominus ascendentis
cuiuscumque ipse sit et quemcumque sit et ascendens et luna
significat querentem. Et ita est veritas. Significat

6o modo potest astrologus errare et esse deceptus quando aliquis venit ipsum interrogare in tempore ... ad videndum utrum sibi dicat verum vel non. 7o modo esse potest astrologus habere errorem scilicet quando ille qui interrogavit non habet radicalem intencionem ad id de quo querit nec tenuit per longum tempus in sua intencione quod de quo querit. Si forte eundo pro aliis negociis invenit astrologum accessit et tunc ipse subito cogitavit aliquid de quo interrogaret quod astrologus quod non dz sic nec astrologus dz recipere talem questionem. Et ad evitandum errorem istum debes nosse quod duobus modis potest cognosci si quo

sit cum intentione radicali vel non / primus modus est quando fit quod cum punctum
in linea orientis seu ascendentis id est quod principium fine unius signi et principium alterius
tur duos gradus fortes tunc non esse radicalem, nec factam cum reali intentione si
est facta causa vel per modum temptandi / 2o modo potest cognosci scilicet quod si
hora complete facte

dominus ascendentis et dominus hore non est unus et idem plus scilicet dominus vel si non sit unius triplicitatis vel si non sit unius complexionis tunc astrologus [?] quod questio non sit facta cum intentione radicali / sed potest astrologus per ascendentem [?] signum cognoscere si quod sit facta cum directa et radicali intentione vel non. Unde dicitur quod ille qui facit questionem simplicis ad astrologum [?] per quam est cum omni et dedens de hiis responsionem et vult sibi dare longo modo de suis hiis et signum quod quod est radicalis et

nec vel composite quae in aliis locis exstiti
postquam fuerint res de quibus queritur / Secunda si querit de
substantia 2e domus et eius dominus est significator.
Tertia si de fratre vel sorore et cetera 3e domus / Quarta
si de patre vel de domo vel campo seu he-
reditate vel de rebus occultis seu subterraneis 4e domus
et eius dominus et cetera et sic de aliis rebus per
alias sequentes domos significatas / Item
Nota quod quando dominus ascendentis tenuerit 2o signum
fortitudinis eorum quae primum, tunc eius dominus erit
significator. Et si de 2o signo fuerit in domo
plures gradus quam de primo erit equales in
fortitudine et eorum dominus similiter. Et si de 2o fu-
erit unus de gradibus quam de primo dicit
Hali quod non oportet curari de 2o quia nullam rem
significat / Item dicit Hali quod infortuna recipiens
fortunam non ledit fortunam maxime si non fuerit
de oppositione vel quarta / Item dicit quod malitia
infortunarum multiplicatur quando in locis fuerit
peregrine / Item dicit quod significator substantie et significator
temporis quando in angulis dispositi fue-
runt auferunt medium rei / Et quando dispositi
fuerint in succedentibus auferunt 3m. Et si in
cadentibus auferunt sextum rei et cetera

Item Johannes Hyspalensis ait hic quod attendendum est quod si in aliqua domo duorum signorum fuerint gradus verbi gratia 15 gradus arietis et 15 tauri tunc de taurinis [?] signis dominus in domo iudicandi sunt nominandi et eorum dominus significator et si de alio [?] domus plures gradus ascendentis in eadem domo et parumper fortitudinem sit gradus / [?] Hermes et Ptolomeus [?] signum primum in signis hoc diximus quando per duo signa iudicium non fiet /

facta cum directa intentione / Item nota quod si in aliqua interrogatione fuerit
luna puncta in 2o aut 4o 8o 9o vel 12o loco significat quod negotium
illud in alio tempore questum fuit / si autem ascendens est signum bicorporeum
aut si luna est in signo eius similiter quod queritur iterum negotium illud / Et hoc
innuit Albuzar in sadan / ubi etiam dicit quod si interrogatio venerit a rege
vel principe et inveniatur ascendens et 3 anguli mobiles et maius fuerit
in uno angulorum et fuerit potens / non oportet astrologum proferre iudicium
illius questionis quia iudicium erit falsum et cetera

Cap(itulum) 1. Ad sciendum cogitacionem querentis seu venientis ad te pro intencione querendi de aliqua re sibi dubia.

Alkindus dixit quod qui volueris scire cogi-
tacionem querentis qui venit ad te pro aliqua re sibi
dubia, quod debes videre gradus qui
sunt a domino hore usque ad gradum solis, et id quod
provenit debes proicere ab inicio arietis et
in loco ubi numerus finietur erit cogitacio querentis
et iudica eam secundum naturam signi et eius domini.
Vide de hoc late per Haly Abenragel in c. 1o
sive prime partis. Alii dicunt ut fuerunt
illi astrologi qui fecerunt tractatum intitulatum
Archanum magnum dei de quo facta fuit mencio
supra in principio huius operis in prima doctrina, quod
facta figura et ordinato zodiaco ut dixi
supra debet considerari ascendens seu prima domus
et dominus eius, quia secundum naturam et proprietatem illius domus
erit voluntas et intencio querentis seu venientis
ad te, quia dicunt quod dominus per se immediate deno-
tat intencionem secundum naturam et proprietatem eius,
licet ad hoc faciat racionativa domus et natura
eius ubi dominus iunctus fuerit sed non ita prin-
cipaliter ut dicunt. Verum si dominus prime domus est

sol vero cogitacio seu intencio venientis
ad te est petere de aliquo quesito vel de ti-
more quod timet ab aliquo magno viro et
si vis scire quid portat potes dicere quod portat
bladum vel filum vel argentum vel aurum. la-
nam filum rethe vel rem tortam quam in ma-
nu portat et cetera. Et sic potes iudicare quandam
coniecturam de aliis que sunt istis similia. quia de
illo fuit intencio quod tales proprietates conveniunt
soli quia sol fuit dominus ascendentis et dominabatur
hore adventus illius ad te et proprietatibus figure
tue. Et sic vidisti de sole. Ita intellige de a-
liis planetis secundum proprietates eorum. Ego vero dico
cum albumasar et aliis. scilicet quod non solum debet
considerari proprietas planete qui est dominus ascendentis
sed etiam proprietas loci circuli in quo cadit dictus
planeta. verbi gratia. saturnus fuit dominus ascendentis
et invenitur in .x. parte circuli. scilicet in .x. domo.
tu debes considerare. quid significat saturnus
per naturam in .x. domo. in geminis signo fuit et
secundum significationem eius generalem et per naturam quo ad locum
ubi est et secundum significationem domini quem dominus secundo
omnes istas significationes iungendo singula singulis
debes iudicare de cogitacione seu intencione

1

querentis. Iudicabis quod intencio querentis seu
cui cogitatus est querere de aborsu filiorum
aut de aliquo defuncto seu nouorum filiorum vel
de tristicia aliqua causa cordis vel de con
tencione cum nuncijs vel legatis. Et sic de
similibus que sequuntur per statum in dicto loco. Et si
Narrare quomodo omnes significet singulorum planetarum
et modus perductus ad huius noticiam veram
intencionis querentis esset nimis longum et te
diosum ideo remitto te ad alios libros
iudicialis actorum. Sed gratia beneficij introdu
cendorum ponam ea que dixit dictus philosophus super
arte archam superius dicta. Et prosequar intelle
ctorum. Venus si Venus fuerit dominus prime domus
dicas quod querit de arte aliqua seu ingenio vel de rebus
pertinentibus ad solacium mulierum vel de male
ficijs aut de femina vel querit de re aliqua
que est inter querentem et alium. Et portat armi
giam vel rem tortuosam vel rem que
videtur mortua vel herbam in qua sunt multa
foramina. Si mercurius. dic quod querit de scriptura
et scientia vel venit propter aliquam egritudinem vel
propter aliquam rem quam amisit. Et debet portare res
virides vel lapides nigros cum claris
fortibus. Si luna querit de dolore capitis
qui dolet ei vel propter rem quam amisit vel pro
homine absente in terra longinqua. Et portat

// Item dixerunt alii sapientum quod hora Veneris magna bona in interrogacionibus maxime qui querere interrogat de fortuna sua, unde dicit quod si quis interrogat de se ipso in hora Saturni significat quod cadet in tribulacione et quod bona que contingat sibi morte et perdet possessionem suam vel aliquid facere / Et si interrogat in hora Iovis significat quod bene res advenient sibi / et si fiat interrogacio de infirmo significat quod cito sanabitur / et si fiat interrogacio de bragii faciente dicit quod cito reddetur et si de carcerato significat quod cito exit carcerem // Et si fiat interrogacio ab alius de fortuna sua in hora Martis significat quod erit vulneratus et sanguis effusus de corpore suo et cadet in tribulacione et angustia magna / Et si quis interrogat in hora Solis significat quod cadet in tribulacione magna et habebit dolorem de suis maioribus parentibus et disperdet possessiones suas et erit pauper in corpore suo // Et si fiat interrogacio in hora Veneris significat quod quidquid querens petet inveniet et si tribulaciones habet amplius erit liber ab eis // Et si fiat interrogacio in hora Mercurii significat quod querens habebit uxorem sapientem //

aurum vel argentum aut herbam boni odoris aut rem nigram aut auripigmentum vel rem rubeam. Et Saturnus dicit quod venit causa querendi de lite vel de capto vel infirmo vel pro fortuna significante et portat librum vel cartulas aliquas aut vitrum vel metallum vel aliquam rem viridem. Et Iupiter querit de medicina pro homine qui habet possessionem et de egritudine vel querit de auro vel argento vel de manendo cum domino vel de lite et novo scripto vel de pace ponenda inter duos vel de rebus occultis. Et portat hec vel habet in manu sigillum aut ferrum vel rem aliquam scriptam vel rem preciosam albam sive rubeam aut ceruleam sive ceream. Et Mars dicit quod interrogans est querens de potestate hominis aut potestate facta sibi iniuriam aut pro re furata sibi aut pro infirmo aut pro inimico suo vel habet in manu rem rubeam sive ceream vel lanam aut rem siccam vel arborem aut aliquid de arbore. Et sic et hec sufficiant de interrogacione querentis //

Capitulum 2m in sciendo vitam hominis per quod

Facta questione quot annis quis debeat vivere aspiciendum est ad dominum prime domus et si invenitur in forti domo scilicet in angulo vita sua erit longeva. Et si in debili parte breviter / et si in mediocri mediocriter vivet

// et habebit cum ea fortunam bonam et pecuniam magnam. // Si autem quis interrogat in hora lune et fuerit luna impedita lucis significat quod non debet intrare in iudicium nec in placitum cum aliis hominibus quia si fecerit erit deceptus

Et si intraverit navem quod morietur ibi sive suffocabitur. Et si fuerit luna crescens lucis significat quod omnia bona evenient querenti etc.

Hoc est intelligendum secundum illos actores arabum quod si dominus prime domus invenitur in aliquo angulorum qui sunt fortes domus dant sibi maiores annos plenos. Et si invenitur in succedenti dant annos mediocres. Et si in debili minores etc. Thali vero circa hoc dicit [illegible] quod aspiciendum est ad dominum ascendentis et lunam quae separatur lune significat quod transivit de vita sua. Et cui applicatur significat quod remansit. Et si dominus ascendentis fuerit salvus vitam significat longam. Et si fuerit combustus aut infortunatus significat parvam vitam. Et si fuerint fortune aspicientes ascendens et lunam ac dominum ascendentis et fuerint salvi ab infortuniis et [illegible] sibi malicie qui sunt domini 8 12e 6e et 4te domus ac dominus triplicitatis 4te partis hoc significant longam vitam hominis qui querit et eius durabilitatem cum salute sua etc. Et si dominus ascendentis fuerit sub radiis intrans combustionem et luna infortunata vel tardis ab ascendente et alii infortunati in ascendente aut in .7. hoc omnia significant mortem querentis. Et tempus mortis scies a domino ascendentis hoc modo aspice quod est inter ipsum et gradum combustionis et quot gradus inveneris inter eos tot erit tempus sue mortis. Et si fuerit in signo mobili erunt gradus

numero dierum. Et si fuerit in signo comuni
erunt menses. Et si in signo fixo. erunt
anni. per numerum eorum graduum Et dicit ipse
hali quod fortior ac levior erit hic significatio
si infortuna fuerit in ascendente. aut quod aspi-
ciat ascendens de quarta vel oppositione et quod aspicit
ascendens aliquis ex pluribus malum facientibus
Deinde aspice lunam et videas quot gradus
sunt inter eam et infortunas aut inter eam et
planetam dampnificatorem et quot gradus fuerint
secundum illum numerum erunt impedimenta que accidunt querenti
usque in fine vite sue etc. Quod quarta vite
erit melior et fortunatior querenti/

At si interrogatum fuerit que quarta sue vite
erit melior et fortunatior querenti. dicit
hali quod appropinquandum est ad quatuor angulos. et
dabis primam quartam vite. ascendenti. 2am
10e domui. 3am quartam 7e. et quartam angulo
terre. et aspice in quo eorum inveneris fortunas
et partem fortune et lunam liberam ab infor-
tuniis et combustione et iudica quod illa quarta
erit sibi melior. Et similiter si quesitum
fuerit quod pars terre aut ville mutando
se de uno loco ad alium in patria vel in
villa. erit sibi melior. Aspice in qua

o—// Cum aliquis petierit an per melioramento aut deterioramento. lz
est ut meliorabitur uel deteriorabitur status a 2° eius et quod membrorum suorum
erit sibi fortius et magis prosperosius uel debilius et peius et ut eius me
liorabitur uel deteriorabitur in sanitate et cetera. Aspice quid ad primum usque quod est ab ascendente

sup terram usque ad 10^am quod significat de parte corporis a medio sursum et si in hac parte fuerint fortune iudica quod pars superior corporis erit sibi fortis sana et valida et si fuerit ibi infortuna iudica oppositum. Et a 4^a domo usque ad ascendens est de parte corporis a medio inferiori in qua parte si inveneris fortunas iudica quod medietas inferior corporis erit sana et fortis ac valida et si infortuna oppositum et ubicumque fuerit infortuna ab illo loco iudicat membrum debile dando caput ascendenti sive angulo et collum 2° et sic per ordinem. Tamen significatur

parte erunt fortune ab ascendente suo et iudica quod illa pars erit sibi melior. Et
Nota quod a gradu ascendentis usque ad gradum medii celi est oriens et a gradu medii celi usque ad 7^am est meridies et a gradu 7me usque ad gradum anguli terre est occidens et a gradu anguli terre usque ad oriens est septemptrio. Et sic modo poteris iudicare si quesitus fuerit in qua 4ta quarta diei erit melius facere petitionem suam et cetera dando primam 4^tam diei ascendenti et cetera ut dictum est et cetera. o—//

// Et quando luna applicat de ea sub angulo alterius planete scilicet cadenti ab angulo illa significatio erit mala et despecta quia fortuna vel de ab ali quando sit infortunata debilitate et minus splendens et pessima quando est fortis veri ficat id quod significat de bono et prosperitate atque fortitudine et sic dicitur de infortunijs. Nam quando infortune sunt in angulis firme atque fortes tunc sunt peiores quam sunt cadentes et cetera.

Capitulum 3^m de morbis querentis

Si fiat questio de morbis aspice si saturnus vel mercurius invenitur in prima domo et quod non conveniunt cum ascendente dicit quod natus seu querens erit fatuus et dessipiens. Si autem conveniunt tunc minuet de infortunio. Et si venus mars et mercurius sunt in prima domo dicit quod est vel erit derisor et volens supponere alicui. Et si sol et mercurius fuerint in prima domo erit homo bonus. Et si sol invenitur in ariete erit tale subitus quod retinebit omnia que audiet. Et si venus invenitur in prima domo erit bonus et fidelis. Et si invenitur in 3^a domo impossibile erit luxuriosus nisi sit

in 4^a domo et cetera. Et 2us si de melioramento vel deterioramento substantie apprietur 2^a domus et dominus eius et si ibi fuit infortuna vel dominus eius infortunatus dicas quod querens deteriorabitur sive patietur impedimentum in substantia et contrario si fortuna fuit in 2^a domo et dominus eius bene fortunatus fuit et isto modo poteris iudicare de cunctis aliis accidentibus querentis ex significatione aliarum domorum propter fuerint dispositio domus et significatorum eius et semper fiet recipe lunam et no. Et de hac quod separatio lune significat id quod fuit de querente eius
quod eius et applicatio eius significat id quod erit de se ipso per quo...z et cetera //

in predictis ex parte alicuius coniunctionis. Si vero saturnus venus et mercurius simul coniungantur in prima domo erit sodomitus et malus homo nisi ex hoc impediatur. Si sol et venus simul coniungantur in prima domo aliquo loco et luna in prima domo multum erit largus et ex liberalitate multas pecunias expendet. Si venus caput draconis et mercurius sit in prima domo similiter erit avarus quod ex influentia astrorum. Si luna et mars sit in prima domo nati erit magnus inimicus et benefamiliaris nisi aliqua mala coniunctio ipsum impediat.

De figura et phisonomia et moribus nati seu quemadmodum poteris iudicare per astra et dominum eius de quo potius videtur per figuras et signa que sunt signa et planete ut dictum est supra et latius per hali abenragel in ponit de nativitatibus.


Capitulum 4m de nato utrum vivat an moriatur.

Quando interrogatus fueris si natus vivat an moriatur. Aspice si saturnus vel mars sint in prima domo et dominus 8e domus est in domo detrimenti sui scilicet in suo casu et sol fuerit in 8. dicas quod non potest vivere. Et si dominus prime domus est in casu suo et mars sit in 8a domo. dicas etiam quod non potest vivere. Si sol et luna simul sunt in 1a et iupiter est in 12. et venus in 2a eo con

uerificata secretorum dictis quod multo tempore uiuere
poterit si deus uoluerit. Et per ista possumus
scire de morte et uita egri atque per ueritatem
cogitatam aut inluminatam [illegible]. Capitu-
lum de loco sedendi in domo.

Dicit hali in c. 6to sui iudiciarii quod qui
in domo est et uult ponere ad sedendum
semper debet sedere in partibus fortunatis. Et si
amicus uenit debet ponere secum in illa parte
aut in parte altera fortunata. Et debes sci-
re quod a puncto medii celi usque ad punctum
orientis est ueneris et ipsum punctum orientis est
solis. Et a puncto orientis usque ad punctum
anguli terre est iouis et ipsum punctum anguli
est mercurii. Et a puncto anguli usque ad punctum
occidentis est lune et ipsum punctum occidentis
est saturni. Et a puncto occidentis usque ad
punctum medii celi est capitis draconis et ipsum
punctum medii celi est martis. Et similiter
qui intrauerit domum alicuius aspice dominum
domus in qua parte ipsum sedentem inuenias.
Si inueneris eum sedentem in parte fortunata
sede cum eo in illa parte siue in parte altera
fortunata. Et si fuerit sedens in parte infortunata
et fuerit pars satis, sede in parte fortunata

Et si fuerit in contrario martis non sedeas
in illa domo sed teneas modum recedendi
et erit tibi melius Et de hoc patet in subiec-
ta figura



Capitulum 6m de scienda voluntate illius qui venit ad te utrum mala vel bona

Si aliquis venit ad te et volueris scire
eius voluntatem ad te venientis dimitte
eum sedere ut dicit hali sicut voluerit
et postea respice si sederit in parte Jo
vis aut veneris scias quod te diligit
et quod se laudat de te et quod est tibi bonus
amicus et verdicus et quod facit bonam famam
de te. Et si sederit in parte saturni scias
quod venit ad te cum mala voluntate et
ira et quod vult te dispinficare verbo vel
facto et ideo custodias te ab eo. Et si sederit
in parte solis scias etiam quod habet contra te ma
lam voluntatem et facit de te malum nomen
et famam. Et si sederit in parte mercurii
scias quod habet contra te rem occultam et
ostendit quod te amat et non est. Et si
sederit in parte martis non habet in eo aliquid
bonum et ideo custodias te ab ipso et cetera. Et
hec breviter sufficiant de omnibus prime domus

Capitulum 7m de 2a domo et eius omnibus

Utrum natus seu querens erit dives vel
pauper. Aspice dominum 2e domus si
inveneris eum cum bono planeta vel inve
neris fortunam majorem jovem in 2a

domo divicie erit et habebit vilitatem divicie et cetera.//

Capitulum 8m utrum quis acquiret pecuniam seu substanciam et unde acquiret./

Cum queritur per substancia comparatur vel pecunia vel habebitur et acquiret substancia vel pecunia a querente et unde vel quali modo. Zael dorothius Aomar et Allkindus et hali aben ragel fecerunt circa quod hac longos sermones et in hoc concordat omnes breviter quod aspiciendum est ad dominum ascendentis qui est signum interrogatoris et si fuerit applicatus domino domus substancie et luminaribus aspicientibus eum et maxime si dominus domus substancie aspexerit ascendens aut dominum ascendentis. Tunc dicit hali quod est iudicandum quod querens habebit seu inveniet substanciam seu pecuniam. Et si dominus domus substancie applicat domino domus in qua est pars fortune et quod dominus partis fortune habeat bonum statum cum domino ascendentis sic cum domino domus substancie et maxime si luna applicat parti fortune iudica similiter quod habebit substanciam. Et si dominus ascendentis non applicuit domino partis fortune et applicuit domino partis substancie et fuit status domini ascendentis et domini partis substancie a luminaribus sic per diversis de aliis iudica similiter quod habebit substanciam. Similiter iudicat ut dicit zael si iupiter aut venus fuerit in domo substancie et si nichil fuit de hiis qui

dicta sunt. econtra nichil inveniet et non habebit
Si vero fuerint mali in domo substantie significat
detrimentum in substantia seu bonis domini interrogantis
Et dicit zael quod si fuerit luna cursu
vacua tunc interrogator non cessabit ta
lis esse donec moriatur. Et dicit hali quod
fortior significator quam habet iupiter in substantia est. Ut si sit
in 2a domo cum domino ascendentis et significator
substantie in ascendente aut in .10. vel .11. domo
sive in aliquo aliorum angulorum. Tunc si signi
ficator substantie fuerit in ascendente inveniet substantiam
cum suo labore. s. operibus manuum suarum. Et
si fuerit in 2a acquiret per suos familiares
et per redditus suos et per alia significata
domus 2e. Et si fuerit in 3a habebit seu acqui
ret a fratribus et amicis etc. Et sic per
ordinem secundum quod fuerit in locis circuli iu
dicabis per significata loci in quo fuerit. Et
de significationibus domorum post videbis in prima
parte istius summe etc. Capitulum 9m quo tempore
sciatur infra quot temporis accipiet substantiam etc.

Dicit hali quod in hac questione aspicere de
bet gradus applicationis qui sunt inter
dominum ascendentis et significatorem substantie et secundum numerum
graduum iudica de diebus aut mensibus vel

amissi sunt quod pertinet ad figuram seu
signum et locum in quibus fuerit. Sed fir-
mitas et augmentum temporis subiecti ut dicit
hali erit per applicationem domini ascendentis cum
fortuna in angulo et cum domino domus sub-
stantie. De hoc largius hali in c. 26. sui iu-
diciarii. Capitulum 10m de re amissa furto
vel a casu utrum possit recuperari.

In hac questione aspicienda est 2a domus
et dominus eius. Sed tamen si in 2a domo est ma-
lus planeta vel sit malus cum domino 2e domus
dic quod res amissa vel ablata numquam recu-
perabitur. Sed si fortuna est in 2a domo vel
iuncta cum domino 2e. certe dicere poteris
quod recuperabitur. Sed si dominus 2e domus est
in exaltatione sua et est infortunatus et aliquis malus
iungitur sibi vel sit malus in 2a domo
iudica quod amissum seu ablatum numquam reddetur.
Sed si dominus 2e domus est fortunatus et fuerit in e-
xaltatione sua quocumque sit quicumque recuperabit
perditum. Sed si mars est dominus 2e domus
vel sit cum domino 2e domus numquam recuperabit.
Sed si mercurius sit dominus 2e domus vel sit cum
domino domus 2e. totum negotium ponetur in spe
in lite. nichilominus cito recuperabitur. Et si fortuna

Et ego dico quod si
dominus 2e domus
fuerit fortunatus in 10o
sit in exaltatione
vel in defectu
et inveniatur in 8.
hoc significat quod res
amissa vel furta-
ta cito recuperabitur
maxime si significa-
tores aspexerint se
benivolo aspectu. Nam
semel fuit questio a me de quadam re furata vel a domino accepta sine scientia domini rei amisse
et fuit ascendens 9 gradus arietis et iuvenem venerem dominam 2e domus in 8 domo
scilicet in signo scorpionis quintam quadratam cum marte et mars aspiciebat
venerem et etiam de signo virginis trino aspectu et luna iungebatur iovi in leone
ambo aspicientes ascendens quibus rationibus iudicavi rem amissam seu furatam
cito recuperari quod sic accidit nam eadem die questionis et amissionis rei fuit ipsa
res restituta querenti. Et si dominus 2e domus fuerit in ascendente etiam dic quod res amissa
recuperabitur.

fuerit in 2a domo magnam admiracionem
et adiutorium prestabit ad recuperandum dato quod
non sit dominus domus sue. // Capitulum 11m de
lucro rei emende vel de aliqua alia re facienda/

Si aliquis accesserit ad te dicendo sic
volo arrendare aut emere aliquam rem
vel facere tale negocium pro eo si lucrabor
in eo vel non. Aspice ascendens hora questionis
et eius dominum et lunam qui sunt significatores
querentis et domum 2am et eius dominum pro accidente
secunde et lucro. quod si dominus ascendentis et luna
amicabiliter se applicuerint cum domino 2e domus
aut ille illis / aut luna separetur ab uno
eorum et iungatur alteri dic quod lucrabitur. Et si
nichil fuerit de hiis que dixi. dicas quod nichil
lucrabitur. Et si mali se applicuerint in 2a
domo etiam non lucrabitur in illo negocio ymo
perdet. Et si ante predictum significatorem significa
verit lucrum et fuerit in angulis liberi
tunc per excessum lucrabitur. Et si fuerint
in succedentibus lucrum erit mediocre.
Et si fuerint in cadentibus tunc modicum
aut nichil lucrabitur etc. // Capitulum 12m
de re acomodata vel alibi deposita utrum
a querente poterit recuperari etc. //

et vel aliud de dicto et doctrina albenagel · nam dicit quod si coniunctio pro debito recuperando quod inde eveniet. Istud dictum convenit in parte debitori vel creditori. Secundo non ei de quo queritur. Coniunctio vero et lune est prima commendanda si enim significatores se aspexerint trino vel sextili aspectu significat quod erit pax et concordia inter partes. Si vero non se aspexerint aliquo aspectu non fiet concordia inter partes. Si vero luna aut aliquis planeta qui lumen transferat inter significatores sit quasi mediator aliquorum eorum post separationem refrenet, nam felicitatibus lune bene et honeste recipit. Si autem coniunctus corrupta fuerit seu infortunata a malicia saturni tunc significat quod creditor pecuniam denuo acceptam iterum repetit ut sibi solvatur et in recipiendo adhibebit falsos testes. Si vero mercurius fuerit corruptus a marte tunc fiet discordia litigia et contencionum inter debitorem et creditorem. Et si luna fuerit sub radiis solis addicta veniendo ad solem et videlicet applicatur eius et etc. tunc eveniet ad eius etc.

De hac questione vide · 6 · in · c · 10 · de recuperatione amisse et iudicia et de parte ibi explanatum est non magis nec minus. Et hec sufficiant de questionibus in · 2a · domo etc.

Sequitur de questionibus · 3e · domus et primo de esse fratris · c · 13 ·

Quando aliquis a te quesierit de fratre suo et de esse eius sicut zael et haly quod apparet est ad significandum · 3a · ab ascendente · quod est domus fratrum ut dictum est supra · et dominum eius · et aspectum fortunarum ac malorum ad eum. Et si inveneris dominum · tercie · in · 6to · aut applicationem sive iunctum cum domino · 6te · aut dominus · 6te · in · 3a · dicas quod frater eius est infirmus. Et si inveneris dominum tercie in · 9o · aut in · 11o · dicas quod frater eius non est in loco suo et quod est absens et ivit ad alium locum. Et si inveneris almutaz · 3e · domus infortunatum · aut in 12a domo dicas quod eius frater est in anxietate infirmitate atque tristicia. Et si inveneris dominum · 3e · cum marte ambos quartos et combustos intrantes sub radiis solis iudica quod non evadet ab infirmitate. Et si ambo combusti fuerint iudica morbus vel mortem eius. Sed in medio iudica si fratur

Item ceteris dicunt quod si dominus · 2e · domus fuerint in 8a domo et dominus 8e domus fuerint fortior domino · 2e · significat quod debitum et deposita recuperabitur et hoc dicas si querelet de dote recuperanda vel de hereditate mortui etc.

3

de patre uel mre uel de aliis qui signi
ficant per alias domos celi accipiendo
illas significata a domo sua / Ut si querat
de patre aspicies ex quarta domo / si de
matre ex 10a / si de filio ex quinta / et sic
de singulis etc. // Capitulum 14 de nuo frm

Si interrogatus fuis de nuo frm uel sororum
Aspice dominum 3e domus et eum qui plures
coniunget tot erunt fres uel tot fres ha
bit uel sorores / Nam si fuerit saturnus
mars et iupiter sol et cauda draconis isti signi
ficant masculos et omnes alii feminas //
Capitulum 15 de itinere breui /

Cum volueris scire de itinere breuium
an sit bonum uel malum / Aspice si pla
fortuna inueniatur in 3a domo et dominus
3e domus est fortunatus et aspiciat ascendens
bonum erit iter et securum et si infortunatus
malum erit iter et infortunatum per presente etc. /
Capitulum 16um in sciendo si consilium eius qui
venit tibi consule est legale uel non /

Dicit hali alenragel quod si aliquis venit
tibi consule et volueris scire si est le
galis uel deceptor / Aspice si fuerit in
medio celi fortuna tue dicas quod consilium

est legale ac bonum et bonus. Et si infortunatus
ibi fuerit deceptor est et mendax. Et
dixit hali quod si consiliator ad te venerit
et fuerit ascendens ex signis tribus ac dominus
ascendentis et luna fuerit in signis tribus decep-
tor est et te vult decipere et ideo non recipias
nec audias eum. // **Capitulum xi. de consilio
vel alia societate congregacione utrum bene veniet consu-
lenti bonum vel malum.**

Assignatum est consilium generale vel capitulum
Et queritur ab aliquo utrum ex eo eveniet
et sibi bonum vel malum. Dicat quidam quod
aspiciendum est dominus ascendentis et luna simul
quia si iuncti fuerint cum domino 7 domus aut de
bono loco amicabiliter se aspexerint aut trans-
lacio aut collectio luminis inter eos fuerit
Et si dominus ascendentis vel luna in tercia domo
fuerit. Et dominus 3e domus in ascendente fuerit
et ipsi a bivis liberi tunc signum quod bonum
et gaudium eveniet querenti ex predicto con-
silio. Et econverso si contrarium fuit de predictis. Et
si nichil de predictis fuerit nec bonum nec malum
ex predicto consilio querenti eveniet. ete //
Capitulum 12. de rumoribus utrum sint veri vel falsi

Multi philosophi posuerunt quorum de rumo-
ribus in 3 domo celi. hali vero et

eius sequaces posuerunt in 3. domo celi
quia ipse significat rumores et verba que dicuntur
in vulgo pertinet ad 3. domum celi ut
patet supra in explanatione eius significationum
Et ambe opiniones videntur mihi posse sal-
vari. nam illi qui posuerunt in 9. domo
celi considerauerunt rumores ex nunciorum
vel legatorum quia ipse significatio pertinet ad 9. domum
illi vero qui posuerunt in 3. domo consi-
derauerunt de rumoribus dictis a vulgo
generaliter et subito exortis et ignorato
a quo vel ad quam personam fuerint dicta ut si
dicatur de ipso vel imperatore vel rege quod
sit mortuus. vel de aliquo alio facto quod
dicatur esse factum in longinquis partibus et c.
et ipse isti dicuntur rumores et sibi similes
Et ista fuit intentio hali et aliorum qui
posuerunt materiam hanc in 3. domo. Et
ideo dico cum ipso et aliis eius sequacibus
quod si intentio fuerit de rumoribus si sunt
veri vel falsi. Aspice dominum ascendentis
et lunam illius scilicet qui fuerit ex eis
in angulo Et si quis eorum non fuerit
in angulo dicit hali quod accipiat eum
qui plures iuris habet in ascendente et incipe

ab eo ¶ Et si rumores fuerint de quibus
quaestor gaudeat et inveneris alimu-
taz ascendentis et luna et dominum domus
lune in angulis vel succedentibus
auxiliatos a fortunis et ab infortuniis
liberos et a planetis depressis cadentibus
qui sunt domini 6te et 12e in illis locis
in quibus sunt. tunc iudica quod rumo-
res sunt veri et valde boni. Et si contrarium
horum inveneris contrarium iudica et malum
¶ Et rumores similiter erunt veri quando
in angulis fuerint signa fixa et mercurius
et luna in signis fixis et separante
se luna ab infortunijs et quod sit in
aliquo angulorum fortuna ¶ Rumores vero
qui sunt mali erunt veri et verifica-
buntur. si duo anguli .s. 10 et 4tus
fuerint signa fixa et luna recepta
illi rumores verificabuntur in aliquo
et si rumores fuerint mali. et fortuna
fuerit in ascendente et luna fortunata. significat
destructionem illorum rumorum et quod revertuntur
tur in bonum ¶ Item dicit hali quod
retrogradatio mercurii aut planete cum appli-
cat mercurius et illius cum applicat luna

et maxime si fuerit dominus ascendentis. quia tunc istorum
significat destructionem rumorum ¶ Dorothius
vero circa hanc partem dicit quod inquiratur
locus domini hore interrogationis de loco domini
ascendentis et super illud quod remansit addatur
omnis gradus et cetera. quod permutavit sol de
signo in quo tunc est et quod collectum
fuerit proiice ab initio eiusdem signi in
quo sol est et aspice dominum termini illius
gradus in quo finierit numerus quoniam si fuerit
in domo et termino benivole veram indicat
rumorem et effectum habent et si fuerit in domo
et in termino malivole falsi sunt et nullum
effectum habent sed si fuerit in domo benivole
et in termino malivole. aut in termino benivole et
in domo malivole. tunc significat quod aliqua pars
est vera et aliqua non vera et cetera ¶ Aristoteles
vero de hac questione dicit sic quod aspiciendum
est ad ascendentem et si in ascendente seu prima domo
fuerit saturnus vel mars vel cauda
draconis dicit quod rumores qui dicuntur sunt omnino
falsi. si autem in ascendente inveniatur venus
aut Iupiter aut sol vel caput draconis tunc
rumores denunciata sunt vera maxime
si venus fuerit in signo femineo Iupiter vero et

Sol in signo masculino. Caput uero in bestiis.
Si uero tam boni quam mali inueniantur
in ascendente, parti sue veri et parti falsi.
Sed si infortuna aut luna fuerit cum ma
liuolis aut alius eorum in ascendente, dicas quod
rumores sunt falsi. Si cum beniuolis
contrarium iudica. Si uero luna sola fuerit in
ascendente et in signo feminino, dic veros
esse rumores. Quod si solus infortunius ibi fuerit
scilicet in prima domo, tunc eius ingstantie non pre
sumas affirmare hec vera. Nullum
quidem de planetis ibi esse inuenis, aspice domum
quintam et iudica prout iudicasti de ascendente.
Et si nullus ibi fuerit et rumores fue
rint de remotis seu longinquis partibus,
aspice domum 9. Et si rumores fuerint
de propinquis partibus, aspice 3. et in istis
omnibus locis iudica sicut iudicasti de
prima domo. Et si nullum planetam inue
neris in predictis locis, nichil respondeas.
Et hec sufficiant de questionibus 1. domus.

Sequitur de 4ta domo et eius questionibus
et primo de hereditate bonorum quis adipiscatur. c. 19

Quando interrogatus fueris de terra
uel de domo siue hereditate quam aliquis.

petierit ut^m adipiscet^r eam uel ne. aspi
ce dnm ascen^s et lunam qui sunt signific^re
interrogantis et signum 4^e et dnm eius
qui sunt significa^s terre seu hereditatis
Et si dnus ascen^s uel luna iuncti fuerint
dno 4^e in ascen^te. uel dnus ascen^s fuerit
in 4to adipiscet^r eam. Et si n^t inuenis
de superdictis 9° iudica. Et dicit zael q^d
si luna defferat lumen ab uno eorum ad
aliud. adipiscet^r querens hered^tem per manus
legatorum. Hali aben ragel fecit longum
sermo^m circa hec quorum unum ibi et de qualitate
terre laboratorie emende et de habitantibus in
in ea ut^s si boni et fideles uel non valde
ibi late prosequitur Capitulum 20^m de precio hered^tis

Dicit hali quod qui voluerit scire quod est
precium hered^tis debet aspicere dnm medii
celi et planetam qui fuit potens in eo et recipe
pro significat^re hore forum Et est hic possibile
ut ipse dicit quod sit orientalis et directus ac in
domo sua uel exaltationis uel triplicitate. Et
planete eorum qui fuit talis et cum fuerit
pro significat^re sumet annos maiores et si
fuerit ille signi^tor in domo sua da illum

s
nu᷑ annorum suorum minorum in decena
uel milliaria Et si fuerit in alia de
suis dignitatibus pone nu᷑ predictum in decen
nas uel unitates Et si dominus medii celi
non fuerit in aliqua dignitatum suarum et fuerit
in aliquo detrimento dignitatis et non aspiciat
ad ipsum Et aspice hoc a planeta qui fuerit
potens ut dixi in medio celi et si in medio
celi non fuerit planeta potens · sume dominum me
dii celi licet sit cadens ab angulo uel
ab alio uel infortunatus aut retrogradus uel combustus
et accipe suos annos minores et pone
eos pro precio hereditatis in unitatibus et sume
meos cum auxilio dei·// Capitulum 21um si emptor
habebit proficuum de domo uel hereditate
quam uult emere·/

Si volueris scire si emptor habebit
proficuum de domo uel hereditate uel non dicit
hali quod aspicies et ad aspectum significatorum
bonorum cum aliis et si omnes applicuerint
bonis · scilicet cum aliis de ·3o· aut 6to et fuerit
receptio inter eos significat quod emptor hereditatis
habebit proficuum de ipsa et similiter aspice · si
dominus · 4te · domus applicuit domino ascendentis de 3o·

ut significat quod fiat quod sit tempus fiet quod conuertitur ab aliquo vel quod sit tempus transiabit vel finiet opus incep tum vel incipiendi ut domus vel

tur significet menses. Et si unus est in suc cedenti & alter in cadenti tunc signi ficabunt ebdomadas. Si uno fuit unus in angulo & alter in cadenti significabit menses. Et

ad hedificandum vel ad opus alterius vel alterius artis vel ad opus quod conueniat fuerit. Aspice in hoc planetam cui coniungitur dominus ascendentis vel luna si significet effectum rei. Qui si applicuerit se cum domino ascendentis vel luna ad aspectum 3. vel 6. libera. & fuerit liber. & fortunatus significat quod habebit proficuum de illa. Et si hoc non fuerit & fuerit aspectus domini .4. vel domini ascendentis & vel aspectus aliorum significatorum cum domino ascendentis aut plurium eorum de .4. vel oppositione sine coniunctione corporali significat quod proficuum quod inde habebit erit cum labore ac pena. Et si cum hoc fuerit inter eos receptio erit cum minori labore. Et cetera vide latius per hali./ **Capitulum 22m de locationibus hereditatum & laborandi precio & domibus pensionandis./**

Dicit hac questione hali & alii actores magnum faciunt sermonem ut potes videre per hali abenragel in .36. c. Sed breuiter & summarie veritas est sic quod applicatio ascendentis est pro illo qui conducit. Septima vero pro illo qui locat. Decima vero & vilicus pretium opponitur a medio celo. Quarta vero applicatio pro fine totius negocii. Et si igitur in ascendente inueneris fortunas ille qui conducit hereditatem conducit re vera & bona fide. Et si ibi fuerint infortune dic eum peruersum non est fidelis nec verba sua. aut forte est fraudis uult

Si significatores sunt sol vel venus vel mercurius vel luna si coniungantur dicas simul gradus qui fuerint inter eos significet dies vel forte inter sol vel venus significet ad plus ebdomadas. Et dicit messahala quod si non fuerit tunc coniunctus vel aspectus erit in diebus planeta iungetur cum domino ascendentis vel cum luna contra gradu per gradum. Et si fuerit hora quomodo planeta qui significat effectum rei in uno signo cum domino ascendentis fiet res tunc quando erunt coniuncti alibi in eodem gradu etiam. Et si dominus ascendentis fuerit ponderosior sine recipiat eum ille qui

non ex se pro sed stans comburentibus vel alterius domus aut luna si respicit eum significat rei. Et eo vel luna gradus ad gradum eorum continua per modo sunt super radios alterius usque ad perfectos aspectus gradu per gradum. & dic quod tot dies erunt usque ad effectum vel complementum rei si fuerint ambo in cadentibus. Si fuerint in succedentibus erunt ebdomade. Si in angulis erunt menses. Si autem esset res que videtur posse prolongari multum. loco mensium potes dicere annos. maxime si ambo significatores dominus .s. ascendentis vel luna & planeta cui iungitur essent in angulis si non unus esset in angulo & alter in succedenti

sibi iungitur sine non. Sed si dominus ascendentis fuit levior ita quod vadat ad coniunctionem planete significantis effectum rei & recipiat ille dominum ascendentis non perficietur res quam fiet quando ille significator esset in angulo vel in signo quod dicatur eius gaudium quod si ita non fuerit non perficietur tunc. Sed perficietur quando planeta cui iungitur dominus ascendentis vel luna vel qui iungitur domino ascendentis iuerit ad solem vel sol iuerit ad eum & fuit

combustus et exuerit de combustione et
tunc incepit apparere de sub radiis erit
res seu tempus temperationis rei de qua
queritur. etc.

facere et eum decipere et furto. Et si
quod dixi sit de ascendente. sic se habeat. In
.x. dicas quod nec iste qui receperit lo
cabit. Si est quod si dominus. in .x. domo
fuit infortunatus. dominus hereditatis quam locare
hereditatem mutabit se de eo quod dixit et non da
bit hereditatem seu domum ut locet. Si ille qui
vult conducere. et si dederit eam. dabit
eum pena et mala voluntate et forte non
complebit illud conductum. Et si for-
tuna ibi fuerit dic quod locator seu dominus hereditatis
est concors in re locanda et dabit eam
cum bona voluntate. Et si fuit infortuna
in medio celi. vel ipsum aspiciat inimico
aspectu illa locatio non durabit nec erit
in ea bonum nec proficuum. Et si fuit infor-
tuna in angulo terre vel aspiciat eum ini
mico aspectu. dicas quod finis illius rei erit
malus et cum rixa et amissione. Sed si fuit
ibi fortuna. dicas quod finis erit bonus etc.

Si interroga
tum fuerit de
terra vel de
domo sive
hereditate quam
aliquis petierit
ut adipiscere[tur]
eam vel hec
aspice dominum
ascendentis et lunam
qui sunt significatores
querentis et 4tam et dominum eius pro re quesita. Et si dominus ascendentis vel luna iuncti
fuerint domino 4te in ascendente vel dominus ascendentis fuerit in 4ta dicas quod querens
adipiscetur terram domum vel hereditatem et si non econtra invenies contra iudica etc.

Capitulum 23um. In sciendo si plante et semi nationes erunt bone vel non

Dicit hali quod ascendens est significator
principii rerum vegetabilium et 4ta

Si unius similiter de sterilitate et habitum rerum maxime vitualium. Aspice diligenter angulos fortes, debiles et mediocres, quia fortes anguli iudicant magnam carestiam, et debiles magnam gratiam habitum et mediocres medio erit sicut habent ad hoc et ad id. Et est notandum quod ubicumque planetas inveneris sicut naturam et

dominus significatricis eius fuerit et qualiter fuerit dispositus ita iudicabis. Et si significator fuerit de regalibus aut scire quod scrutaris si crescet vel non et quid erit de illo aspice in hoc ascendens et eius dominum et lunam et eius dominum et si omnes isti fuerint fortunati iudica quod res illa crescet complebitur et ibit in bonum et si omnes fuerint infortunati vel dampnati iudica quod dampnabitur. Et si duo fuerint infortunati et alii duo fortunati iudica equalitatem in re illa etc.

Capitulum 24um de thesauro ut res absconditas

Abhomar alkindi et mesahala et plures alii antiqui de hac materia diversos sermones fecerunt et hali abenragel post omnes clarius et latius tractavit. Ut poteris videre per eum in 39 capitulo. Sed quia materia ista de thesauris et rebus occultis est nimis obscura et vix per astrologos unquam consequi finem optatum ex ea, sed ideo non intendo in presenti loco circa eam multum insistere, cum sepe et sepius pluribus laboribus circa istam materiam insudavi.

proprietatem ipsius planete debet iudicari. Et ideo quo ad hanc naturam et proprietates planetarum sicut habent naturam Saturni de natura et proprietate sua significat res viles et ponderosas sicut ferrum plumbum et ruginem, pannos nigros, vineas, agros et instrumenta apta ad cultum terre et coria. Iupiter vero habet denarios et stannum, argentum, rudes pannos, candidos et triticum et vinum album. Mars vero habet arma, frumentum et vinum rubeum, et cum hiis omnia calida et sicca.

Et piper, euforbium, scamoneam, sinapi et habet equos et equas bellicas vel servos de... Sol autem habet aurum et res auro similes, pallia et pannos nobiles et cetera similia et pannos tinctos et etiam crocum, tarbutulos et sericas vestes. Venus habet omnem pinguedinem et species odoriferas et omnia ornamenta mulierum. Mercurius vero habet monetas et insuper granum medium vel minutum et nuces et avellanas et similia. Luna vero habet vilissimum vero habet bestias mercatorum et que ad conducendum exponuntur et furnum et etiam lac et caseum et thus album, sic de fructibus nespula et glandes castaneas et similia. Et est intelligendum de istis planetis quod utrumque penuriam et habundanciam significat secundum naturam anguli ubi invenitur etc.

et numquam potui videre effectum. Et non immerito
cum iam certum sit quod ista magica consistat
in forma quod in parte huius. Et credo quod in
ista materia de thesauris inveniendis requi-
ritur alia quam sit altioris scientie que
non sit de consideracione astrologie. Set
gracia materie et sequentis domus dicam
breviter aliquas opiniones doctorum. Unde
Iohannes Yspalensis tractando de ista materia
dicit quod si queratur de thesauro vel re occulta
appetendo est in domo si inveniatur aliquis
ex planetis fortunatis in quocumque angulo et
tunc dicendum est thesaurum vel rem occultam
esse in loco petito seu suspecto. Et si ibi
in angulis fuerit planeta infortunatus significat
fuisse sed extractum esse. # Et dicit quod si sol
et luna aspiciunt ascendens cito et sine la-
bore inveniet et cetera. ¶ Thomas non distinguit
aliud circa predictam materiam. Sed ipse dicit
quod aut queritur de thesauro vel re occulta quam
querens occultavit et non recordatur. Aut de
thesauris antiquis patrum vel parentum
antiquorum. Aut quod [illegible] in veritate [illegible] in tali
loco sit thesaurus vel res occulta nesciendo [illegible] sit

Messehallah ubi de iudiciis dicit quod domus 4 ab oriente est nota [illegible] quia de fortunis ubi [illegible] thesauri vel aliquid occultum ubi significat [illegible] de fortunis [illegible] in [illegible] dispositione [illegible] significat. Et dicit quod sol et luna aspiciunt [illegible] fuerant aspectu significat quod res in domo sunt occulta etc.
Et dicit Alkindus quod qui querit de rebus occultis sit certa sicut de thesauris etc. Et hora communis est par significat quod est occultum in loco petito. Et si hora est impar significat tunc quod aliquid est in suspecto loco occultum etc.

Et signa firma significant in terra et sub terra, mobilia in tectis, communia in parietibus, et si sol fuerit significator significat quod thesaurus est in loco soli patenti vel in loco pulcro et delectabili ad modum alte aule vel prope domum regiam. Et si fuerit luna erit occultum prope

Zael dicit quod si interrogatus fuerit de alkimia, i. de aliquo opere vel magisterio alicui misse quod quis credit esse verum et intendit facere, utrum opus sit verum vel non. Aspice dominum ascendentis et lunam, qui si fuerint liberi a malis, dic quod opus vel magisterium est verum; et econverso si non impediti fuerint, dic quod falsum est. Et si fuerit opus pro auro habeas testem solem, et pro argento lunam, et prout fuerint dispositi ita iudica de vero vel falso etc.

ott Si queratur utrum experimentum medicine vel alkimie vel magice quod quis intendit facere vel quod iam incepit et complere desiderat utrum sit verum vel falsum vel utrum debeat sibi valere vel non dic ut dictum est supra ~~etc. solvit in margine~~ / vel aliter secundum alios sapientes aspice ascendens et dominum eius pro querente, 10am pro experimento et finem artis, 9am et dominum eius pro doctrina magisterii, 10am et eius dominum pro magisterio experimenti et operatione et virtute rei, id est certitudine experimenti, 4am vero pro fine totius rei. Nam si in dictis locis vel in maiori parte eorum inveniantur fortune fortitudine aut domini dictorum locorum vel maior pars fuerint bene et fortes et in bonis locis locati et recepti signum est bonum etc. Item si dominus ascendentis fuit fortuna et invenitur in ascendente vel in 4o vel in 10o econtra vel applicata fortunis dic ei esse bonum et verum signum de experimento. Item si dominus ascendentis non inveniatur in ascendente nec dominus ascendentis in 4o sed ambo inveniantur alibi quieti et maxime in bonis locis tunc signum est bone spei etc. etc.

Signum quod iste de quo queritur laboravit et fatigavit corpus suum in dicta scientia seu alkimia sed nichil fecit aliquid proficuum nec potest attingere ad ipsam etc. Quando autem dominus 9 fuerit cadens et impeditus et non aspexerit dominum ascendentis tunc dicas quod iste de quo queritur habet scientiam falsam et nichil utilis et non est nisi unus truffator et de illis qui dicunt se scire omnia et nichil sciunt // ott

Capitulum iii. in sciendo de aliquo que scientia erit sibi magis conveniens et utilior.

In hac questione aspice ascendens et dominum eius pro querente et 9am domum et dominum eius ac planetas ibi existentes pro scientia. Nam si in 9a domo fuerit Jupiter vel fuerit eius dominus dicas quod querenti erit utilis scientia theologie decretorum legum et similia et sic dices de aliis planetis secundum significationes eorum in scientiis quas significant invenies supra in 2a doctrina de significationibus planetarum // Capitulum iiii. in sciendo de aliquo utrum sit bonus christianus et timeat vel amat deum vel non

et si fratr(em) ab aliq(uo) desperatur h(er)ed(itatem) b(e)n(e)ficii in t(er)ra (?) sua b(e)n(e) hab(ebi)t b(e)n(e)fic(ium). uel ne (?) fuerit in h(oc) c(um) ad h(oc) fortu(n)a uel ne. Aspice ast(rum) (et) d(omi)n(u)m eius nam si d(omi)n(u)s ast(r)i fu(er)it in 9a uel in 10 sig(nifica)t q(uod) hab(ebi)t b(e)n(e)ficiu(m) (et) si jupp(iter) uel ven(us) a(u)t cap(ut) dra(conis) fu(er)it in d(ic)tis locis etia(m) sig(nifica)t q(uod) hab(ebi)t b(e)n(e)ficiu(m) s(ed) si sat(ur)n(us) uel mars fu(er)it ibi (et) fu(er)it d(omi)n(u)s ast(r)i adhuc sig(nifica)t q(uod) q(ue)re(n)s hab(ebi)t q(uod) desp(er)at s(ed) h(oc) erit cum tarditate (et) difficultate ac labore. et si d(omi)n(u)s ast(r)i uel b(e)n(e)fic(ii) in 11 domo a(u)t in aliq(ua) alia de domib(us) q(ue)re(n)tis exceptis 6 (et) 12 (et) si d(omi)n(u)s ast(r)i uel b(e)n(e)fic(ii) iu(n)cti cu(m) aliq(uo) de planetis sup(er)d(ic)tis dic etiam q(uod) sig(nifica)t q(uod) q(ue)re(n)s hab(ebi)t b(e)n(e)ficiu(m) in t(er)ra (?) cum e(ius) cur(a) (?)

Aspice ast(ru)m (et) d(omi)n(u)m ei(us) nam si in ast(r)o fu(er)it bon(us) uel d(omi)n(u)s ast(r)i fu(er)it for(tu)na (et) max(im)e jupp(iter) et fuerit in 9a domo. uel iu(n)ctus cu(m) d(omi)no 9e dom(us). sig(nifica)t q(uod) q(ue)re(n)s d(e)o (?) 9o c(on)c(ur)r(it) tim(et) (et) amat deu(m) (et) e(ius) (?) si fuerit mal(us) .i. d(omi)n(u)s ast(r)i (et) iu(n)ct(us) cu(m) malo (et) in 9a domo fuerit mali dic q(uod) est mal(us) (et) da(m)n(osus) (et) q(uod) no(n) tim(et) deu(m) (et) c(etera) et

Cap(itulu)m 119m (?) in sciendo de aliquo ut(rum) p(er)ueniet (?) (ad) honore(m) (?) dignitatis ecc(les)iastice

Hunc (?) georg(ius) (?) d(e) q(ua) iudicio aspice in hac q(uesti)one ad ast(ru)m (et) d(omi)n(u)m ei(us) nam si d(omi)n(u)s ast(r)i fuerit in 9a domo cum joue aut cum ven(er)e aut cum capite dra(conis). uel si d(omi)n(u)s 9e fuerit in ast(r)o cum aliq(uo) istor(um) (et) c(etera) uel si jup(p)it(er) uel cap(u)t dra(conis) velud (?) ven(us) ast(r)i aut nono d(omi)n(u)m respiciat dic q(uod) q(ue)re(n)s ad ecc(les)iastica(m) p(er)ueniet dignitatem

Et si d(omi)n(u)s none dom(us) i(n)ueniat(ur) in aliq(uo) cardi(n)e a p(ri)mo. dicas q(uod) infra nat(ur)ale t(em)p(u)s (?) hab(ebi)t i(llam) dignitate(m) (et) si fuerit in sucedentib(us). dic q(uod) habebit

uel si venus s(e)p(ar)at(ur) a joue aut a capite (et) applicatur cum d(omi)no ast(r)i a(u)t cum d(omi)no 9e dom(us) tunc eti(am) sig(nifica)t q(uod) q(ue)re(n)s obti(nebi)t ecc(les)iastica(m) dignitate(m).

et si q(ue)ratur ab aliq(uo) utrum p(er)uenit (?) h(er)e(dit)as (?) ecc(les)iastici b(e)n(e)ficii uel p(re)b(e)nd(e) q(ua)m sp(er)at h(ab)ere uel ne. Aspice ast(rum) (et) d(omi)n(u)m ei(us) ac b(e)n(e)f(icii)

n(am) q(uod) q(ue)re(n)ti 10a (et) d(omi)n(u)m ei(us) pro illo q(uo)d q(uer)itur (?) b(e)n(e)fic(i)u(m) ecc(les)i(astic)u(m) (et) d(omi)n(u)m ei(us) p(ro) adu(er)sar(io) (et) 9a (et) d(omi)n(u)m ei(us) pro cura (et) si d(omi)n(u)s ast(r)i uel luna fu(er)it in 10 uel 9a uel q(uo)rum (?) sunt applicat(i)o(n)es aliq(uo)r(um) p(re)d(i)c(t)or(um) d(omi)nor(um) uel q(uod) d(omi)n(u)s 9e applicet d(omi)no ast(r)i r(e)c(e)pti p(ri)mo (?) uel in (?) d(omi)n(u)m 10 sig(nifica)t q(uod) q(ue)re(n)s hab(ebi)t d(ic)t(u)m b(e)n(e)fic(iu)m

seu p(ro) benefic(io) (?) p(ro) studium (et) diligentia ac labore(m) d(omi)n(u)m (et) d(omi)n(u)s ast(r)i recipiatur ab aliquo de sup(ra)d(ic)tis. s(ed) si no(n) recipit(ur) ymo i(n)p(e)diat(ur) (et) c(etera) sig(nifica)t q(uod) veniet i(m)pedim(en)t(um) ex p(ar)te alic(uius) .i. illi(us) d(omi)n(u)s cui(us) fu(er)it mal(us) (et) si d(omi)n(u)s ast(r)i i(n)ueniatur in 3 (et) ibi recipiatur sig(nifica)t eti(am) q(uod) q(ue)re(n)s hab(ebi)t b(e)n(e)fic(iu)m q(ue)situ(m) s(ed) si d(omi)n(u)s 4i uel 10 (et) in 9a uel iu(n)ct(us) cu(m) d(omi)no 9e (et) d(omi)n(u)s ast(r)i fu(er)it cadens (et) no(n) receptus sig(nifica)t (et) c(etera)

quod aliquis alius sine adiutorio habebit dictum beneficium sine contemptu nam si fuerit dominus ascendentis alicui adiutorio habebit etc. Si 10 habebit aliquis ex parte regis vel alicuius principis et si dominus 9 separetur a domino ascendentis et mutetur in alium locum domus et ibi recipiatur fuerit quod querens habebit dictum beneficium / et si dominus ascendentis et 9 coniungantur cum domino 1 et ibi recipiatur fuerit quod querens habebit dictum beneficium per

ipso terram suam. Et si in cadentibus dic quod in partibus longinquis a regione sua etc. // Capitulum 120m de decima domo iudicando. de aliquo utrum habebit dignitatem vel officium quod vult petere a rege vel principe seu imperatore vel a papa vel non /

In hac questione zael et alii sapientes antiqui satis late tractaverunt Sed hali super omnes clarius et brevius tetigit hanc materiam. Unde recolligendo dicta eorum dicendum est quod dominus ascendentis et luna et dominus 10e domus erunt significatores huius questionis. Si igitur invenerit inter dominum ascendentis et dominum 10e aliquam applicationem de trino vel sextili vel ambo fuerint in angulis non absidente inter eos aliquo infortunio vel etiam si dominus ascendentis inveniatur in domo 10a vel dominus 10e domus inveniatur in ascendente et iunctus cum fortuna dicas quod querens habebit rem petitam seu officium vel dignitatem. Et si dominus ascendentis est infortunatus fortuna s. supra ... vel caput draconis dicas

[left margin:] Sed dicitur de luna si applicuerit domino 10 per trinum etc. si in 10o vel saltem in 11 applicatio fortunis sed quod si applicuerit domino ascendentis dignitatem.

[right margin:] beneficium per medium vel per manus illorum quod dubitat sibi adiutorium et si in 2o domo coniunctum fuerit vel ... cum alius planeta infortunatus ... recepisset fuerit quod querens dabit pecuniam ... pro habendo dictum beneficium etc. // Et si querat ab aliquo utrum potest obtinere ... vel non ... ascendentis et dominus eius atque luna ... querente et ... et eius dominus ... populo et electo ... et eius dominus ... electo et si dominus ascendentis est in ... vel 9 vel ... cum ... et ibi recipiatur fuerit quod populus electorum eliget ... venientem in ...

2 domo est planeta fortuna et in signo fixo fuerit quod electio erit firma et durabilis. Et si dominus ascendentis est in signo fixo et receptus ... dominus 1 cum non recipiat ... si dominus ascendentis et in signo fixo ... dominus 2e domus fuerit aliquis de infortunis querens habebit dignitatem ... Et si dominus 2e domus fuerit ... et iungatur seu applicuerit alicui de planetis significatoribus fuerit quod in ... inveniatur in domo. Sed dicitur si fuerit ... inter significatores etc. Et si ... dabit pecuniam pro modo ... 2e domus et eius dominus. Nam si fuerit in 1 vel cum eius domino dabit populo et electo. Et si in 10 vel cum eius domino dabit regi vel alicui domino vel magistro vel ... forti ... vel confirmare dicitur ... Et si in 9 vel cum eius domino dabit ... etc.

etiam quod querens vel natus habebit honorem
et multa bona. Et si dominus ascendentis
cadens fuerit a domo 10 non aspiciendo
eam, et similiter dominus 10e fuerit cadens a domo
10a non aspiciendo eam nec ibi fuerit
fortuna fortis que afferat lumen domino ascendentis vel
aspexerit eam, dic quod dignitatem illam
seu rem vel officium quod petit non habebit.
Et si dominus ascendentis fuerit fortuna
et dominus medii celi infortuna et ambo
se aspexerint in locis in quibus habeant dignitates
et potestatem quilibet in loco suo, aspice tunc
quis eorum erit fortior et qui erit in angulo
medii celi. Etiam si fortior eorum et huius
magis posse in medio celi fuerit fortuna
et ipsa applicatus fuerit infortune, iudica
quod querens habebit cito officium et ingre
dietur in i. et postmodum ponetur cum
eo alius qui resistet ei vel erit sibi socius
et in hoc accidet sibi gravitas et dampnum
et tempore modico removebitur seu deponetur
a dignitate seu officio. Et si erit quo aliud
dominium et posse dicte fortune reddibit ad
infortunam. Etiam si infortuna magis dominium
habuerit in medio celi et fuerit fortior in suo

loco. signat quod locutio erit seu erunt he-
be de re seu dignitate vel officio i° et
credetur quod fieri debeat. sed non comple-
bitur. nec querens veniet ad optatum
¶ Et dicunt sapientes ut est alkindus
ptholomeus et hali post ipsum quod quando luna
fuerit in .ii. domo fortunata et libera
ab infortunis et aspexerit eam dominus
domus sue signat quod res quam petit facile
et bene ac potenter complebitur. ¶ Et si dominus
.ii.e fuerit infortunatus et luna etiam infortunata fuerit
ab ea. signat quod res cogitata seu digni-
tas vel officium petendum seu petitum non
complebitur sed destruetur. ¶ Si vero dominus .ii.e
fuerit fortunatus et luna infortunata et cadens
fuerit ab .ii. et a fortunis. tunc signat
quod de re petita pars una complebitur
et illa postmodum destruetur. ¶ Et si infortunium
seu dampnatio lune fuerit a marte et
mars fortis in suo loco dampnans lunam
dampnet eam dominum ascendentis et dominum domus
spei. que est .ii. vel dominum medii celi. hec
omnia significant quod querens occidetur
in illo officio seu dignitate quod petit
vel quod vult petere. ¶ Et si fuerit aliquis

fortu meliorabit ipsum marte. s. cu
applicando. tunc non occidet tamen remoue
bitur a dicto officio seu dignitate et expe
lletur de terra. Et si dominus .10 et .11.
ambo fuerint fortune et in locis in quibus con
tineant dignitatem et luna fuit infortunata
per saturnum. tunc signat quod querens habebit
ipsam dignitatem vel officium et erit fortis
in eis ac maiorem morem et fraudulentus
et subiecti quibus habet precipere erunt debiles
per eum et per facta sua et conquerentur de eo
et habebunt ipsum in odio. Et dicit hali
quod quando luna applicuit domino ascendentis eo
conti fortu vel inter eos absciderit aliqua
infortuna. signat quod res illa complebitur
a querente in bono et perfectio et quod erit
dilectus a suis subiectis vel aliis quos
habebit regimine seu gubernacione. Et si bona
eorum non applicuit alteri vel si aliquis
malus absciderit inter eos. tunc aspice
dominum domus huius et si applicuit domino
ascendentis signat quod res quam querit vel officium
vel dignitas vel datum est complebitur et fiet
sed si luna fuit infortunata seu dampnata

et si dominus domus sue et etiam dominus
ascendentis vel inter eos fuerit applicatio
dicatis quod res prima non complebitur. Et
si infortunator seu dampnator domini ascendentis
et lune fuerit mars. significat quod rex mu
tabit verbum suum in re illa et erit
mendax. Et si fuerit dampnator saturnus
significat quod eum expellet et quod contem
pno proveniet ad id quod multum valet ad
officium quod petit. Et si iupiter et venus
aspexerint dominum ascendentis et lunam vel
receperint fuerint domini ascendentis et domus lune
significat melioracionem in ea atque eius comple
mento rei. /

Capitulum quantum durabit in dignitate vel officio

Postquam scieveris quod habere debeat querens
dignitatem vel officium petitum et volueris
scire quantum durabit in eo. Respice
ut dicit hali quot gradus fuerint inter
fortunam et dominum ascendentis et inter infortunam
que dampnaverit ipsum et lunam dando cuilibet
gradui mensem unum et tanto tempore
durabit. Et quantitatem utilitatis que
sibi proveniet a re illa seu officio. scies
per partem fortune et lunam et a suis fortunis/

aliqui vero in hac questione utrum aliquis habebit honorem vel dignitatem seu officium a rege principe vel imperatore vel a papa et cetera dicunt quod aspiciendum est ad dominum ascendentis nam si fuerit dominus ascendentis in 10 domo vel dominus 10 in ascendente significat quod habebit et cum hoc aspicere debes si sit cum bonis planetis et si dominus prime domus est venus vel iupiter vel sit aliquis eorum in ascendente vel caput draconis significat quod habebit honorem et multa bona. Et si volueris scire utrum habebit etiam honorem in terra tua vel in alia aspice si dominus 10 domus inveniatur in forti angulo in terra tua erit. si in debili in alia longe. et si in mediocri mediocriter sic habebit et cetera/

io

et applicacionibus quas habuerit uterque eorum
cum socio suo. Et si fuerint hii modo et a-
pplicuerint duo astra, significat magnam
nobilitatem proventuum et utilitatem secundum virtutem
eorum et bonitatem locorum suorum. Et si cu-
dentis fortunis infortunatur cum malis,
significat quod in officio stando depredabitur
de substancia regis et fugiet cum illa. Et si
iste infortunator fuerit saturnus, significat quod
dictus officiarius regis privatim fura-
bitur et secrete et erit semper hic in dange-
rio et labore, et dispensabitur sibi cum
una parte eius quod furatus fuit et evadet.
Quarto si voluerit scire statum dicti offi-
ciarii per menses et dies unum post aliud,
Aspice in eius principio tempore est sol, si in-
cepit dictam dignitatem seu officium fuit
de die. Et si fuit de nocte aspice lunam
et dominum termini in quo fuerit judicans
per illud tempus illius lunarum eius fuerit
in mutacionem et per tempus et aspice
dominos temporum ipsorum quis fuerit fortunatus
vel infortunatus et in quo loco celi bono
vel malo judicans secundum illud bonum vel
malum. Aspice etiam dominum gradus medii.

quia ille fortior est omnibus aliis planetis
in causa regis. et dirigatis eum per attin
tum gradibus ascensionum dans uni
cuique gradui decem annos donec circu
ierit omnia signa celi. et sciatis quod quot
gradus .10. et quod dominus dampnatus fuit
dampnabitur regnum illius regis. et
quando dampnacio ipsa fuerit in gradu
ascendentis erit ipsa dampnacio et infortunium
in corpore et vita sua // Capitulum 121 de
durabilitate regni et tenure aliarum dignitatum
et officia et de cetera et vita eorum et ad que
gradum altitudinis peruenient.

Quando aliquis a te quesiuerit utrum ad
quisitaturus regnum vel aliquam dignitatem quam
habiturum se credit, dicit hali aspice
luminaria et si inveneris ea dignitatem
habentia in ascendente aut in medio celi et
quod applicet Jovi et Veneri existentibus
orientalibus a sole et occidentalibus a luna. dic
quod habebit regnum vel dignitatem et quot gra
dus .10. separatim fuit in radiis. gradi
tur martis sine ullo aspectu fortune
et mars fuit altior in gradibus qua
fortuna dicatis quod amittet regnum seu

dignitatis

10

dignitate et accidet sibi in ea grauamen et erit captiuus detentus et per
cussus. Et hec subito accidet sibi. Et
tempus in quo hoc sibi accidet erit
secundum numerum graduum qui fuerint inter gradus
10e et gradus ascendentis martis uel graduum
radiorum suorum qui fuit de quarta uel opposi
accipiendo hos gradus per gradus ascen
sionum et dando unicuique gradui die
bus uel mensem. Et nisi quod fuit posse
ad meliorandum significatorum uel debili
tas et infortunium ipsius. Et qui significatur
fuit potens et fortis differet accidens
malum et remouet illud. Et similiter quando
peruenerit hora que finitur illud tempus
de statu alicuius fortunam apparientem gra
duum 10e aut locum ascendentis infortune uel ra
diorum suorum remouet infortunium illud
et differt et elongat donec preterierit
tempus ipsius. Et si gradus 10e fuerit
cum saturno et in statu quo de mente
dixi hic in eo diminuit et separatur cum
sua diminutione disponit gradum
10e dic quod ipse rex suum dominus amittet

regimini seu dignitate et erit captus et in
maiori angustia. ¶ Et si uis scire tempus
huius accidentis, hoc sciet a gradibus
qui fuerint inter gradum 10e domus et
gradum saturni. Deinde da cuilibet gradui
diem unum uel mensem sicut ante dixi-
mus. ¶ Et dicit haly quod si cauda dra-
conis fuerit in gradibus medii celi, significat
debilitatem et infortunium dominantis in dignitate et
quod gentes uiles eleuabuntur contra eum et forti-
ficabuntur super eum. ¶ Et si caput dra-
conis ibi fuerit infortunatum ab aliqua duarum infor-
infortunium ueniet sibi a diuitibus. Nam
potentes homines eleuabuntur contra ipsum et inimi-
cabuntur sibi et faciet tantum malum sibi quod
uel dignitatem sibi auferent. ¶ Et si infor-
tunans caput draconis fuerit mars, ipsi faci-
ent factum suum uiolenter et manifeste, et
si fuerit saturnus, faciet clandestine et
secrete. ¶ Item si gradus medii celi aliter
iunctus fuerit alicui fortune uel applicuerit
radiis eius et dominus medii celi fuerit in
angulo aliquo iunctus sibi alicui fortune
et fuerit in aliqua dignitatum suarum, durabit
regnum et dignitas ipsa durabit eius quanto
fuerit motus unius circuli eius fortune
uel donec applicet ipsa per gradum ascensionis

10

ad quadratum aliquam infortunam descendendo cuius gradu-
decem vel minorem unde secundum fortitudinem vel
debilitatem infortune. Et forte eadem infortuna signi-
ficabit quod non amittet dignitatem illam in vi-
ta sua. Et si amiserit expelletur ab ea
bono et pulcro modo atque honesto. et
cum eius beneplacito. Item quando significator
fuerit in ascendente aut medio celi hora +
qua recipit et ingreditur dignitatem. Aspice quando
ipse significator combustus fuit in angulo in
quo fuit vel in altero. Et illo tempore iu-
dica quod amittet regnum dominium vel dignitatem.
Similiter quando aliqua infortuna applicuerit ad gradum
significatoris et fuit in eo retrogradus et infor-
tunaverit significatorem eius dicas quod tempore illo
dignitatem amittet. Vel etiam si intraverit
infortuna medium celi aut ascendens vel appli-
cuerit alia infortuna ad eius loca et fuerit
in eis retrograda. similiter dicas quod eodem tempore
dignitatem amittet etc. Capitulum 122m

In scientia de rege vel dominatore quando re-
movebitur seu expelletur a regno vel dominio suo

Est notandum in hac questione quod multe
sunt constellationes quibus significatur
durabilitas vel expulsio brevis a dignitate
vel regno et similibus et ponunt sapientes

et iuxta alios melius et clarius hali super
10 domus religionis. nam si in figura
questionis inveneris signa mobilia in angu
lis et luna fuerit in signo mobili non re
ceptam. hoc significat quod querens cito
expelletur seu removebitur a dignitate
et hoc erit certius et peius si dominus 10e
non aspexerit suam domum 11e appli
caverit per se per 10 vel 11 conti. Et quando
fortune fuerint in angulis in signis
fixis dicas quod dignitas erit domina
tori durabilis et firma. Et quando infortune
fuerint in angulis in signis mobilibus
dominator erit a domo sua dignitate cito re
motus. Item quando luna fuerit in angu
lo terre in signo mobili significat dignitatis
remotionem et si applicuerit per se cadenti tunc
iudicium erit certius et expressius licet ipse
met sit dominus 10e. Et si luna appli
cuerit domino 4te sive iuncta significat dignitatis remotionem
nisi fuerit ipse dominus domus huius quod tunc
adiutor erit et non impediet. Item quando
luna fuerit in suam domum applicans marti
vel fuerit in domo saturni applicans soli
vel in domo iovis applicans mercurio vel
marti. ista sunt pessima significata

In hac re et voce istius ¶ Item aspice
si hora qua receptio fuit diuiciarum aut
hora qua omnes luminare diuitis temporis
cadentes fuerit et huius testimonium in figura
temporis amissionis diuiciarum erit quando
saturnus uel mars intrauerit ad eum
uel oppositionem luminaris illius ¶ Item quando
dominus ascendentis combustus fuerit aut domini
domus medii celi in ascendente uel .io. tunc
erit tempus quo diuicie amittuntur ¶ Et quando
idem planeta combustus fuerit in aliquo signo
quod sit domus uel exaltacio eius et sol non
conuenit signum id donec sit orientalis
ab illo planeta. dicitur quod accidet eidem
dominatori tribulaciones et angustie. ti-
net ipse hoc diuicie amittuntur / De temporibus
et horis in quibus perduntur diuicie. /

Aspice quando gradus solis applicuerit
ad gradum infortune uel gradus infortune
ad gradum solis deinde cuiuslibet gradum me-
sem unum. uel quando applicuerit ad quadratum
uel opponet se alicui aspectu radiorum a-
licuius fortune cui non fuerit tunc erit
tempus quo amittuntur diuicie ¶ Similiter aspice

ad lunam in dignitatibus que recipiuntur
de nocte vel in domibus que de nocte
fuit quia ipsa est domina temporis huius noctis
dispositrix quam sol habet de die. Et sicut in
diei iudicatur per solem in domibus et factis di-
urnis. ita in nocturnis iudicatur per
lunam. Item qui luminaria infortunis
applicuerit dampnationem significat dignitatis
Et si applicatio fuerit de quarto vel oppositione
in aliquo angulorum. angustiabit significat
cum dampnatione seu remotione dignitatis
Et si aliquod luminarium habuerit
in ascendente aliquis dignitatis accidet ei
gravamen et pene et morietur in carcere
Et dixerunt aliqui ex sapientibus
antiquis. Accepta hora qua ingreditur vel
hora receptionis seu ingressus dignitatis
et aspice quot gradus ascendit de signo
et dupla eos et erunt anni. Et si fue-
rint ibi quarta multiplica ea per 12. Et totam
illam summam divide per 60 et erunt
menses et quod remanserit multiplica per 30
et id multiplicatum divide per 60 et quot
provenerint erunt dies et aggrega totum
et quot fuerit erit tempus durabilitatis

illius dignitatis ¶ Item alio modo aspice
horam qua dominator recepit dignitatem
et hec est hora qua conceditur sibi digni-
tas uel hora qua ingreditur dignitatem
uel hora qua ponit se ad sedendum in ea
et aspice planetam fortiorem in figura
illius hore et si fuerit iupiter et in medio
celi et in domo uel exaltatione sua
dic quod durabit in dignitate per 12 annos
et si non fuerit in domo uel exaltatione
sua durabit per 12 menses ¶ Et si mars
fuerit vice iouis durabit per 15 annos
uel 15 menses et si fuerit mercurius dura-
bit per 20 annos uel 20 menses
et si fuerit venus durabit per 8 annos
uel 8 menses ¶ Dominus qui receperit
aliquam dignitatem de die aspice solem et si fu-
erit in signo masculino et in loco apto
ut possit esse hyleg et aspice quot gradus
fuerint inter ipsum et martem et secundum illum
numerum erit tempus in diebus uel mensibus
¶ Est etiam bona pars ut dicit hali que
demonstrat quis dominator scilicet prelatus
uel aliquis quicumque tenens secularis quam
ecclesiasticus dignitatem amittet et hec pars/

[Right margin:] [deleted] saturnus
et in medio celi in
domo uel exaltatione
sua dic quod dura-
bit in dignitate
per 30 annos
et si non fuerit
in domo uel exal-
tatione sua durabit
per 30 menses/
et si fuerit.

[Left margin:] et si fuerit
sol durabit
per 19 annos
uel 19 menses
et si fuerit luna
durabit per
25 annos uel
25 menses/

accipit² a sole in ioue et ꝯplicatur
a gradu saturni et cum marte appli
cuerit ad locum huius partis erit
dignitatis annorum. Et si volueris etiam
alio modo scire quot annis durabit
dominator quorum sit papa vel imperator
rex vel prelatus in dignitate vel dominio
Aspice hora qua mittitur vel hora qua preficitur
ditur dominio ut accedit² quod est a duo
ascendens usque ad cuius domus partis fortune
et quotiens fuerit numerus ipsorum graduum
tantum in dominio et dignitate durabit
Et si signa in quibus fuerint hii duo
ple fuerint supra dicta in angulis.
numerus graduum erunt anni. Et si commu
nia vel in succedentibus. erunt menses
Et si mobilia vel cadentia erunt dies
Est etiam alia pars que accipit² de die
a marte in lunam et de nocte econtra. si
a luna in martem et proicit² ab ascendente
ad sciendum in qua terra et ciuitate dominium
vel dignitatem habebit. aspiciendo in quo lo
co et signo cadit pars ista et sciatur
que terra vel ciuitas sit in dominio
signi. in quo cadit pars predicta. Et in illo

// Et querat de aliquo utrum erit rex vel dux seu acquiret aliquod regnum sive ducatum vel aliquam dignitatem / Aspice ascendens et dominum eius et querentem sive pro illo de quo queritur ac 10m et dominum eius pro 10o regno vel dignitate / et si dominus ascendentis iunctus fuerit in 10o vel dominus 10e in prima et ibi recipiatur ille de quo queritur acquiret dignitatem de qua queritur per studium et laborem suum et si dominus 10e iunctus fuerit in prima cum domino ascendentis et receperit ducatum aliquem regnum sine pena et labore et si significator fuerit iunctus in alio loco figure et ibi fuerit receptus vel non perveniat prohibitio. Dicas etiam quod ille de quo queritur acquiret regnum pro dignitate vel dignitatem. Et si fuerit aliquis translatio lucis vel redditio vel significator quod acquiret / Et si non fuerit horum inveniens dic quod non acquiret etc. //

loco vel civitate terra vel regione habebit ducatum vel dignitatem. etc. // **Capitulum 123m**

In sciendo de aliquo domino vel prelato utrum deponetur ab honore vel dignitate.

In hac questione aspice ascendentem et medium celi et dominum medii celi. Nam si in medio celi fuerit infortuna et fuerit ibi peregrina et dominus medii celi fuerit cadens et applicet domino 12e vel dominus ascendentis aut dominus 10e iungatur alicui planete in 9o vel 3o existenti, dic quod ille de quo queritur deponetur ab honore vel dignitate quamvis sit modo sit prelatus vel archiepiscopus vel rex vel imperator vel cuiuscumque alicuius dignitatis etc. // **Capitulum 124m In sciendo de aliquo domino vel prelato deposito utrum redeat ad pristinum statum. /**

Aspice ut dicit hali si dominus ascendentis applicuerit domino medii celi et dominus medii celi aspexerit suum locum dic quod recuperabit ducatum et redietur in eundem. Et si dominus medii celi non aspexerit locum suum non redietur ad ducatum seu dignitatem illam sed habebit in alio loco aliam dignitatem. /

aliquis vero dicunt quod si dominus ascendentis vel 10e inveniatur in 6a vel 8a aut 12a et in que malorum sustinebit quod ille de quo queritur deponetur et hoc maxime si anguli sint vel omnes signa tropica. Item etiam est dicendum si in ascendente vel medio celi inveniatur aliqua de infortunis et sit ibi peregrina etc.

Et si dnus ascendentis fuerit retro. reuertetur
ad dignitatem suam. Et si luna fuerit in signo
mobili applicans dnm medij celi vel
planetam aliquam in celi medio existentem
et luna fuerit ab eodem planeta recepta. dicas
ei quod reuertetur ad suum dominium siue dignitatem
Et si dnus medij celi fuerit in signo
mobili et applicuerit planete in celi medio
existenti non remotus ab eo et vno recipiente
alterum signum dicas quod ad suum dominium
siue dignitatem reuertetur. Et si dnus medij
celi separetur a dno 4te. ei dicas quod ad suum
dominium reuertetur. Et si dnus 4te applicuerit
dno 10e dic quod confirmabitur dominium seu
dignitas in eo ac augetur et crescet absque
peticione. Et si dominus 10e applicuerit
dno 4e. dicas quod dominium et dignitas amittetur
Si autem dnus 10e applicuerit dno
domus 4te dic quod perueniet ad presente
dominium seu dignitas quod non cogitabat nec
petebat etc.// Capitulum 129 in sic
do de morte regis infra quot tempus morietur

Est notandum ut dicit aomar et hali post
ipsum lacius quod per reuolucionem anni mundi
potest sciri et pronosticari de morte regis.

io

Nam tempus mortis eius computabitur
per coniunctionem significatoris regis cum domino 8e
domus a medio celi aut cum sole ut
quod aspiciat eos de 4to uel oppositione et quod
dominus 8e domus sit in hac coniunctione uel in hac
4ta uel oppositione in signo in quo habeat ali
quam dignitatem et sit potens et non sit retrogradus
nec combustus nec occidentalis a sole nec
in casu exaltationis sue et quando habet constellacio
fuerit isto modo tunc erit tempus mortis
regis ¶ Item alio modo potest sciri
quamdiu durat rex per annum intronizacionis
sue scilicet quod aspiciatur quando sol ingreditur
primum caput arietis et si illo anno ali
quis rex intronicatur aspice saturnum
hora introitus solis in arietem et si eum
inueneris in domo sua uel in aliqua domorum
planetarum superiorum significat quod regnator ille
durabit diu cum planeta et eo magis
si saturnus fuerit cum hoc in 10 a sole uel
in ea 11 quia si talis fuerit nullum est
dubium quin duret cum completa et si talia
non fuerint impedices de durabilitate regis
scilicet quod minuet planeta de suo posse ¶ Item
est aspiciendum ad partem satum quam dicit pars
prima et ad partem iouis quam dicitur pars 2a

et p[ar]s saturni h[ab]etur in priumcio Seu diei saturni
de die · de loco p[ar]tis fortune · de nocte
uero e[con]tra[rio] et p[ro]hicitur ab ascende[n]te ¶ p[ar]s vero
iouis accipitur in die in priumcio locum
p[ar]tis futurorum de loco iouis de nocte
uero e[con]tra[rio] et p[ro]icitur ab ascende[n]te ¶ Igitur
· cu[m] p[ar]s p[ri]ma q[ue] est saturni aspexerit
p[ar]tem secundam q[ue] dicitur iouis tunc
additur in vita regis · ¶ Si fuerit in
fortuito loco addit semis annorum suorum
minorum mensium et sic faciet si fuerit
in aliqua dignitatum suarum ¶ Et si fuerit
in suis addit quod est medietas suorum
annorum minorum ¶ Et si p[ar]tem p[ri]marum
inuenerit in reuolucione annorum mundi in anno
suo introni[z]acionis fuerit in aliqua domorum
planetarum inferiorum et maxime si non aspexerit
solem et eo magis si fuerit in virgine
tunc significat quod durabit quod remansit
huius p[ri]me p[ar]ti ad ambulandum de signo
suo dando cuilibet gradui annum unum
et tanta erit vita illius introni[z]ati
verbi gratia · ponamus quod dicta p[ri]ma pars
sit in virgine in · 10 · gradu · remanent
20 · gradus · de ambulando seu p[er]ficiendo
dictum signum · tunc dando cuilibet gradui

io

ut datum est anno uno erit. 20. annis
et tot annorum dierum quod erit vita dicti
introniti. ¶ Et si tempus iste transi-
erit dirige partem a loco dicte par-
tis ad locum sive infortune quam
inveniet ¶ et quo remoto applicuit ad id
signum in quo introniti fuit. tunc dices
quod morietur et in hoc dabis cuilibet signo
annum unum ¶ hoc etiam facies alio modo, accipe
a domino domus partis usque ad ipsam met
partem et aspice quot signa sunt inter eos
dans cuilibet signo annum unum et iudica
quod tantum durabit ille introniti ¶ Tomar
vero dicit quod est aspiciendum quot sunt
gradus inter dominum domus partis usque ad
ipsam partem accipiendo pro quolibet gradu annum
unum et tanta erit vita illius introniti
¶ Wellius vero dicit quod ad sciendum quanto tempore
durabit vel regnabit rex vel quanto tempore
durabit intronizatus est considerandum quantum
est inter solem et gradus ascendentis et secundum
illum numerum durabit in regno suo de
annis mensibus vel diebus. etc. //

Capitulum 120m. Instruendi de aliquo utrum
poterit se presentare ad regem vel principem
vel loqui cum eo vel non //

Aspice astrus et dnm eius et lunam
p querente. 10as keo et dnm eius
p principe vel rege seu plato. Sta
si dnus astruf est in 10. vel cu dno
eius vel dnus 10e. in astrue vel cum
dno astruf. dic q secure potest pre ad
loquendum cum ipso. et si dnus 10e fuit in
quae dn astruf et ibi receptus fuit absque
dic q tunc potest secure sine aliquo dubio
et labore. Et si fiat luminis translacio
p aliquem planetam maiorem benivolum. dic
per dnm astruf et dnm. 10e. dic q loq
potest querens cum rege vel principe sed
hoc erit p interpositas personas. Et si do
minus astruf vel luna et dnus 10e. qui
generatur in aliqua alia parte domus [illegible]
sua appa [illegible] vel [illegible] sunt proprias tripli
dic quod ipsi loquentur bene simul sed
hoc non erit in loco proprio q cogitabat
sed in locis extraneis. Sed dicas si querat
utrum sit utile alicui regi adherere vel
in eius servicio aut consorcio esse aut de asso
ciando et compstado ipsius filio et similibus etc.

Capitulum 12m. in sciendo de rege utrum
honorabitur in regno suo vel nec sciendum
de prelato vel principe.

10

Ha astrus et dominus eius atque luna coniuncti
cum 10. regno atque domino eius. Et si dominus
astri vel luna fuerit fortior et in meliori
dispositione atque fortunatior quam dominus 10e.
vel ipse dominus astri fuerit locatus et
receptus in 10. dicas quod ipse erit dilectus
et honoratus in suo regno. Sed si dominus
astri fuerit cadens scilicet in 6. vel 7. vel
8. aut in 12. dicas quod ipse erit vitu
peratus et parum appreciatus a suis subiectis
in regno suo. Et dicas si saturnus fu
erit eius significator et maxime si fuerit
infortunatus in loco in quo nullam habuerit digni
tatem etc. Capitulum 128m. in sciendo de
rege principe vel prelato utrum erit pla
cabilis populo vel non etc.

Aspice contra hanc questionem dicitur esse pertinens
ad astrum et dominum eius atque ad 7m. et
eius dominum et planetas ibi existentes. Itaque
si infortuna 7am domum occupaverint
et eius dominus fuerit cadens et in signo
sui casus domus vel exaltationis nec applica
at astrum nec presens dominum astri et dominum
7. sit aliqua applicatio sive translatio nec
sit aliquis qui lumina eorum colliget aut

quod ipse sit retrogradus vel adustus aut alias
infortunatus tunc dicas quod status populi
seu plebis erit debilis et infortunatus
et quod rex vel princeps seu prelatus non bene
se habebit cum eo nec diliget se adinvicem
Si autem apparuerit significator ab oppositione
vel quarto aspectu aut fuerint iuncti absque
receptione aliqua tunc significat quod populus grava
bitur et magnum pacietur detrimentum a rege
vel principe seu prelato et quod rex vel prela
tus erit fraudulentus faciens iniurias seu
iniusticias in suis subiectis Si vero
intervenerit receptio inter eos tunc dicas
malum esse remissum et non tantum Si autem
fuerit inter eos aspectus trinus vel sextilis et
cum receptione tunc significat quod princeps rex
sive prelatus erit fidelis et benignus atque
pius in suis subiectis nec ab ipso habe
bit populus malum seu dampnum aliquod vel
gravamen immo pocius si aliunde populo
evenerit dampnum sive infortunium aliquod
ipse rex sive prelatus nitetur deffendere
et obviare. Quod si significatores fuerint
fortune fortunate significat leticiam et for
titudinem in rege quam in populo etc.

Cap. 129 In sciendo de aliquo rege ex-
traneo vel veniet ad conquirendum et debel-
landum regnum in quo tu es vel de quo quaeris

Pro hac quaestione est attendendum quod ascendens
et eius dominus atque luna significant populum
patriae seu regni / et 10 et eius dominus
significat regnum in quo quaerens est vel
de quo quaerit. 7 vero et eius dominus significat
regem extraneum sive adversarium venturum.
Unde si dominus 7 fuerit in 10 domo vel in domo 10
dicas quod dictus rex extraneus sive adversarius
veniet in propria persona et acquiret dictum
regnum per sollicitudinem et studium atque
laborem suum. Et si mars fuerit eius
significator dic quod acquiret regnum
per bellum et guerram et per sanguinis effu-
sionem. Et si Jupiter significator fuerit
acquiret regnum per virtutem sapientiae
et si fuerit mercurius per ingenium et
artificia et sic de aliis planetis secundum
eorum naturas et proprietates. Et si dominus 7
non pervenerit in 10 domo nec in
domo 10 domini sed aliquis planeta defferens
lumen sui significatoris sit locata
et recepta in 10 domo vel cum eius

dno et dnus ascendentis sit in domo ipsius ascendentis. dicit quod rex adversarius nullo modo veniet in propria persona ad querendum regnum seu debellandum vel regionem de qua fuerit. sed ipse mittet bellatores vel capitaneos amore et parte sui. sed si dnus ascendentis et dnus .10. sunt fortiores in eorum et digniores atque fortunatiores in figura quam ascendens et eius dnus. dicas quod quamvis dictus rex veniet acquiret regnum potens tamen dignum suum durabit parvo tempore nec ipse eiicietur ex regno agentibus patrie seu regni. sed tamen si dnus ascendentis est in domo dni ascendentis vel dni .10. et dnus prime et .10. sunt debiliores quam dnus ascendentis rex tirannus seu adversarius veniet vel exercitus suus ex acquirendo et debellando regnum seu patriam et acquiret etc.

Capitulum .30. in sciendo utrum sit bonum anchorare vel navem in mari ponere

Asserunt dicunt sapientes ad ascendens et dnum eius. nam si in ascendente fuerit signum mobile. vel quod dnus ascendentis fuerit cum fortuna et quod non sit in casu suo. tunc audiar poteris anchorare. sed si est ibi sol non sustinet magnum pondus. sed nichil

ad partem eam impedientem. Et si volueris
scire de navi quod ventum habebit aspice
eciam ut dictum est ascendens et dominum eius. Nam
si dominus ascendentis iunxerit se cum fortunis
dic quod navis habebit bonum ventum et econverso
si fuerit cum infortunis. Et secundum naturam
et proprietatem signi ascendentis erit ventus vel plu[via]
et huius. Et similiter poteris iudicare secundum partem
signi de vento. Et si vis scire versus
regionem et ibi in ascendente sit signum medio
ventus erit et econverso etc. /// Sequitur de
undecima domo et eius questionibus et primo
in querendo de re aliqua quam sperat in qua homo habet
fiduciam utrum poterit habere vel non. c. 131.

In hac questione dixit Zael et ceteri alii sapien
tes antiqui cum eo quod aspiciendus est
ad undecimam domum et dominum eius. Nam si dominus
undecime iunctus fuerit domino ascendentis aut dominus
ascendentis iunctus fuerit domino undecime vel dominus
ascendentis fuerit in undecima vel dominus undecime in
prima. Tunc significat quod querens adipiscetur
rem illam in qua habebat fiduciam et quod spes
sua est bona. Et si fuerit dominus undecime
in angulo receptus dic quod perficietur res de
fiducia sicut quod voluit et hoc si fuerit in domo

scilicet corporaliter vel aspectualiter

vel exaltatione sua. Si autem fuerit
coniunctio significatoris ex trino vel sextili aspectu
habebit quod sperabat cito et cum levitate. Si vero
fuerit ex quarto aspectu vel oppositione habebit
tarde et cum labore et post desperationem.
Et si receptor dispositionis lune fuerit
in signo communi adipiscetur [illegible] de hoc
quod sperabat modicum. Et si fuerit in signo
mobili in hoc quod dictum est erit difficultas.
Si vero fuerit in signo fixo adipiscetur
quod sperabat perfecte. Si autem receptorem
dispositionis lune invenerit impeditum
dic quod destruetur ipsa res in qua habebat fi-
duciam postquam adeptus fuerit eam. Si autem
fuerit receptus adipiscetur quod voluerit et
quod dictus de re promissa seu spe honoris
vel alterius rei promisse. Et si interrogatus
fuerit de aliqua re non nominata sed generaliter
dicit est res in qua habeo spem seu fiduciam
utrum poterit eam habere vel non respice dominum
ascendentis et lunam. Si iuncti fuerint fortunis
ex angulis vel ex sequentibus angulorum dic
quod adipiscetur eam. Si vero non fuerint iuncti
dic quod non. Et si nominaverit tibi rem quere eam
a loco suo in circulo secundum quod dictum est de

significationibus dominorum superius etc.

Capitulum 132 in sciendo de questione utrum
conveniat quis cum amico et sit vera
amicitia vel ne/

Dixit aristoteles et zael in hac questione quod
aspiciendum est ad dominum ascendentis et lune
nam si iuncti fuerint domino .11. ab ascendente
dic quod conveniunt. Si per se fuerit coniunctio ex trino
vel 6.li aspectu erit in conventione illorum
gaudium et letitia et cum alter alterum se
recipiet. Si vero ex 4to aspectu vel opposito
dic quod in conventione eorum erit contentio
et discordia et unusquisque eorum erit contrarius
socio suo. Scilicet si de oppositione fuerit coniunctio discordia
et contentio erit grandior etc.

Capitulum 133 in sciendo de concordia vel
amore duorum/

Questione proposita de concordia et amo
re duorum. aspiciendum est ut dicit doro
theus ad dominum ascendentis et dominum .11. signi quia
atque tertii. Si est dominus duorum locorum appli
cet seu applicat domino ascendentis de 3. vel
6.li aspectu et maxime domus 11. dic quod
amor et benivolentia est inter eos et

firma. Sed si duo ex ipsis apparuerint effi-
caces et magis certa significat benivolenciam
et dilectionem. Et si omnis convenit vel se
aspiciat tunc firmissime dilectionis erit
iudicandum. Et hoc magis si se aspexerint
de signo fixo. Et si hiis contrarium inve-
neris contrarium iudica. // Capitulum 138

In sciendo de aliquo utrum sit amicus vel adulator

Necesse est hic iudicare circa hanc questionem dicit
quod si in ascendente vel in 11. fuerit
fortuna amicum esse affirmat et significat
quod ab eo habebit bonum et proficuum. Sed si
in utroque loco de predictis vel saltem in
uno eorum fuerit infortuna significat amicum
esse adulatorem mendacem atque inutilem //

Capitulum 139 In sciendo de aliquo utrum habebit
succursum seu adiutorium ab amico in
quo confidit seu credit quod non deficiet
ei in necessitate.

Aspice in hac questione ascendens et dominum eius
pro querente et 11. et eius dominum pro
amico et etiam 3. Et si dominus ascendentis
invenerit in 3. vel 11. aut in coniunctione
eorum dominorum et eos receperit. dic quod ipse

querens habebit sustentationem et adiutorium ab amico in quo confidit per laborem et penam atque diligentiam quam faciet dominus tamen significator fuerit fortunatus fortunata. Secundo si dominus 3 vel 11 convertatur in ascendente vel coniunctus cum domino ascendentis. Dic quod habebit adiutorium sive iuvamen ab amico sine pena et labore. Secundo iudica si fiat translatio luminis per aliquam fortunam inter significatores vel ipsi significatores coniungantur cum ei in aliquo alio loco congruo etc.

Queritur de 12a domo et eius omnibus et primo utrum aliquis habeat inimicos occultos et est capitulum 136.

Albenahaiat et alii sapientes circa hanc questionem sic distinguunt. Nam 7a domus et domus 12a significat inimicos, sed ista denotat differentiam. Nam si indifferenter de inimicis fiat questio generaliter, tunc debet esse aspiciendum ad 12am domum et eius dominum. Si vero determinate de aliquo vel aliquibus fiat questio, tunc ad 7am et eius dominum est aspiciendum. Si igitur generaliter et indifferenter fiat questio, placeat aspicere ascendentem et dominum eius pro querente.

et 12am et eius dominum pro inimicis. Nam si
ascendens et signum duodecime domus fuerint signa
fixa vel si dominus 12e fuerit in angu
lo scilicet in ascendente, dic quod querens habet multos
multos emulos seu inimicos. Sed si
dominus 12e fuerit cadens et in signo
mobili, scito quod non habet aliquos inimicos
et si fuerint in eo habet sed paucos. Et si vo
lueris scire cuius status sunt illi inimici
tu poteris scire dupliciter. Uno modo per planetam
et per planetam significatorem inimicorum scilicet dominum 12e. Ut
si fuerit saturnus erunt inimici senes vel
homines antiquam communiter vel viles etc.
Et si Jupiter erunt homines nobiles et po
tentes vel sapientes et similes et sic de sin
gulis planetis. Alio modo per naturam signorum
per domos et cetera. Capitulum 121m. In
sciendo de aliquo utrum inimici sui po
terunt sibi nocere vel non

In hac questione dabis ascendens et dominum eius
querenti et 12am et dominum eius inimicis.
Et si dominus ascendentis et luna atque sui
adiutores fuerint in bono esse et fortuniti
atque fortiores domino 12e domus et parte

inimicorum. dic quod querens erit potencior inimicis
suis et ipse erit victor inimicorum suorum et
nec ipsi habebunt aliquod posse contra eum. Et cum
dominus domus inimicorum et partes fuerint in me
liori esse et fortiores tunc dicas quod inimici
querentis se aptabunt [?] contra querentem et vin
cent ipsum et habebit querens dampnum ab eis. Et
etiam cum partes inimicorum ut dicit hali puncta
fuerint in angulis inimici querentis se
fortificabunt et dominabunt querentem et
inferrent ei malum et dampnum quod voluerint
Et si fuerint in locis cadentibus ab angulis
dic quod querens habet modicos inimicos et quod
non poterunt nocere querenti. Et si dominus ascendentis
fuerit in 12a et ibi recipiatur et fuerit
fortunatus dic quod querens vincet inimicos suos
per laborem et penam. Et si fuerit debilis
et non receptus et aliter infortunatus. dic quod
querens habebit angustiam dampnum et pe
nam per inimicos suos. Et si dominus 12e.
fuerit in domo domini ascendentis et ipse fuerit
fortior seu habuerit fortiora testimonia quam
dominus ascendentis. etiam dicas quod inimici vincent
et dampnificabunt querentem. Et in bonis etiam
si dominus 12e. fuerit in 2a.

Capitulum 138. In sciendo de aliquo utrum hoc anno vel mense vel die vel ebdomada debeat captivari vel incarcerari./

Aristotiles circa quorum hanc talis dicit de consulendo. Aspice ascendens et dominum eius pro querente et 12am et eius dominum pro captivitate vel carcere. Nam si dominus ascendentis inveniatur in 12a vel dominus 12e in ascendente vel alter ambo significatores coniungantur simul dicendum est quod ille de quo queritur captivabitur seu incarcerabitur. Quod si predicta non inveneris dicas contrarium. // Capitulum 139 In sciendo de incarcerato utrum diu teneatur in dicto carcere et exibit cito vel tarde a captivitate etc./

In hac questione aristotiles et alii sapientes late tractaverunt. Sed super omnes hali aben... Sed aristotiles circa qualitatem carceris utrum carcer sit malus et durus dicit quod si infortuna inveniatur in ascendente vel in 12o vel cum domino 12i vel cum domino ascendentis vel cum domino 12i quod carcer erit durus et malus valde et quod erit timendum quod captivus seu incarceratus moriatur in captivitate seu in carcere/ et quod

contemptu aspiciendum est de quo curie queritur. Nam si queratur de carcere iusticie sive iudicatum tunc dicit hali quod 6a domus est significatrix et tunc vide in qua iudicium. Et 6a domus et dominus sive de 12a ut dictum est./

12ª

Idem intelligendum est de carcere sicut de morte
si invenerit in predictis locis. Sed si saturnus
invenerit in predictis locis cum hoc modo per
quem dictum est multo tempore stabit in carcere.
Sed tamen non morietur. Si autem sol fuerit
in ascendente vel in 12ª aut cum dominus illorum
mortem minatur captivo vel incarcerato
in ipsa captivitate vel carcere. Sed si cum liberis de fortu-
nis sicut iupiter venus vel caput draconis inve-
niatur in ascendente aut in 12º vel cum
dominus illorum invenerit coniuncte vel quinta
tunc dicas quod carcer non erit malus nec habebit
in eo angustias et potest esse in spe quod cito a
carcere expelletur. Nichilominus tamen si idem iupiter
aut venus vel caput draconis invenerit cum
domino ascendentis vel 12ª in 3ª vel 9ª domo
dic quod cito et levius exibit de captivitate seu
carcere et exitus eius erit velox. Nam
hee due domus scilicet domus 3ª et 9ª sunt designa-
tive motus. Quod si dicte fortune invenerit
in 3º vel 9º a domino ascendentis vel 12ª et
significat quod exitus a carcere erit cito et propinquus.
Sed si infortuna invenerit in dictis locis
scilicet in 9º vel 3º a domino ascendentis vel 12ª
hoc significat quod a carcere expelletur et postmodum dictum

In alio stat dissimili vel malo seu peiori
mutabitur et reponetur. Et si fortune as
piciant dominum ascendentis aut dominum 12e bono
vel benivolo aspectu significat quod captivitas
seu carcer erit levis. Grave iudica si
infortune aspexerint, si autem tam fortune quam
infortune ibi aspexerint iudica quod carcer
seu captivitas erit modo levis modo
gravis etc. ¶ Albumasar vero dicit in
questione capti. Aspice dominum ascendentis et si sepa
ratus fuerit a domino 4te vel domus 4te ab
eo significat quod cito exibit de carcere. Et si dominus
ascendentis separando se a domino 4te applicuerit
alicui fortune et ipse fuerit remotus ab
angulo illa est melior significacio
in evasione captivitatis seu carceris
et quod exiet cicius et levius ab eo. Et cum
dominus ascendentis fuerit in cadentibus ab an
gulis est eciam significacio evasionis et
si dominus ascendentis separaverit se a sole vel
si luna fuerit exiens de sub radiis
similiter est evasionis significacio et hoc
si fuerit vero dicit hali in textu regis
¶ Et dicit quod maior et forcior carcer est
in 4ta domo sicut sunt stelle et lapsus

seu profunde fosse in castris et similibus
et dicit quod 6. domus est carcer legis
et iudicancium pretorium. Et aliqui sa-
pientes in nomine capti seu incarcerati
dicit quod si aliquod signorum malorum in-
ne ceciderit fuerit ascendens hora carceris
seu captivitatis aut hora gemis vel quod
sit dominus ascendentis aut luna in aliquo
eorum infortunata et sunt hec scilicet taurus
leo aquarius et pisces significat carcerem
et quod captus ibi longo tempore durabit.
Et si fuerit infortunatum in primis duobus si-
gnis scilicet in tauro vel leone et fuerit
magis significat quod postquam diu manserit in
carcere seu post longum tempus sufficiet
exire. Et si fuerit ipsa infortunata saturnus
significat quod habebit captivus amplectates et
compedes magnos ferreos et magnas
penas. Et si fuerit infortunatum in duobus poste-
rioribus signis scilicet in aquario vel piscibus
significat longum carcerem et durabilem. Et quando
dominus ascendentis fuerit in casu domus vel
exaltationis sue et luna in aquario vel
piscibus erit longum carcerem significat et illud
quod dicas si dominus ascendentis vel luna fu-
erit in 8. Et si dominus ascendentis fuerit

Ambilis uel orientalis aut retrogradus uel in 8.
significat longum carcerem et si fuerit infortunatus
ibidem in illo carcere morietur. ¶ Et si fuerit
in hoc loco orientalis ac fortis et in aliqua dig-
nitate sua et applicuit cum aliqua fortuna
post carcerem longum euadet ¶ Et quando ascendens
et luna infortunati fuerint et dampnati signi-
ficat forte carcerem et captiuus habebit in eo angu-
stias magnas et ibi erit secundum posse et statum
infortunii ¶ Et quando mercurius fuerit cum infortunis
cadit in malo et miseria capti et malum
finem habebit et eveniet ei magna impedimenta
in carcere ¶ Et melius quod esse potest pro capto
est ut sit luna lucis diminuta descen-
dens ad partem septentrionalem et applicans fortunis et
ascendens et eius dominus fortunati ¶ Et sicut dicit
hali quod bonum est melior pro capto et bonus
exhibit cito de carcere quam iupiter maior si
iunctus fuerit in significatione cum mercurio ¶ Et cum
dominus ascendentis fuerit separatus a medio celi
significat quod captus euadet a carcere regis qui cepit eum
et similiter significat si dominus medii celi fuerit
separatus a domino ascendentis ¶ Et cum luna fuerit
in angulo terre orientalis et medii celi et iupiter
et mars aspexerint eam de 3. uel 4.to
uel quod sit luna descendens ad partem medio-
cris et applicans mercurio et tempore orientalis haec sunt signa

quod captivus cito exibit de carcere. Et
si luna fuerit cum saturno et iupiter aspe
xerit eos de 4to et mars de 3. significat quod captivus
longum carcerem et miseriam magnam captivus
franget carcerem et exibit fugiendo de co
Et dixerunt aliqui sapientes quod quando luna fuerit
in ascendente et fuerit dominus eius et mars aspexerit
eam de 4. vel opposito sine aspectu fortune
significat miseriam et penam magnam capto
in carcere et quod habebit tormenta et podera ferrea
et verbera percussionis. **Dicta aliorum
sapientum in causa predicte capti.**

Et dixerunt alii sapientes quando ascendens
fuerit pro capto et invenerit lunam
in 3 vel 3a significat quod a carcere liberabitur
cito. Et si domini angulorum fuerint in an
gulis significat quod captivus habebit longum
carcerem. Et si alii planete fuerint in angulis
qui non sunt eorum domini significat quod morietur
in carcere illo anno in quo est et planeta de
locis motus fuerit in aliquo angulorum et
applicuerit planete remoto ab angulo in si
nistro ascendentis vel quod sit dominus 9. vel 3.
Et quando dominus ascendentis virtutem suam dederit
planete qui sit in sinistro ascendentis significat liberationem
Et quando dominus 3. aut dominus 9. fuerit

Aspice eciam
ad lunam et ad
dominum ascendentis et
ad naturam si
gnorum in quibus
fuerint et si so
cias ac benevolos
inveneris in ascen
dente vel in si
gno quo fuerit
luna iudica
quod cito exibit
de carcere
et quando etiam
mercurius fuerit
cum aliqua
fortuna et cum
luna aut do
minus ascendentis
fuerit in arie
te vel piscibus
aut libra vel
capricorno significat
et quod de carcere
exibit et cito
exibit.

In .12°. signi quod captus fugiet de carcere
similiter si dominus ascendentis applicuerit domino .3e.
aut domino .9e. etiam exitum et liberationem
capti significat nisi fuerit infortunatus vel fuerit
in angulo quia tunc significat quod stabit in carcere
donec infortuna ipsa exeat illud signum in quo
fuit vel donec ab angulo removeatur

Dicta dorothei de significationibus lune in hora et questionibus capti./

Quando luna ut dicit dorotheus separatur
ab aspectu fortune vel infortune
fuerit et si aspectus fuerit miscebis significationes
infrascriptas cum significatione
aspectus. Unde si fuerit luna hora qua capitur
aliquis in signo arietis significat capti evasionem
sororum levius et cito. Et si fuerit in tauro
longum carcerem habebit et significat quod est captus
causa sibi que perierit ei et accipiet ab eo
et tunc liberabitur post laborem. Et si fuerit
in geminis habebit fiduciam de 3. evadendi
Et si tunc non evaserit durabit multum
et carcerem longum habebit et forte morietur
in eo. Et si in cancro carcerem leviter significat
In leone significat quod habebit longum carcerem
et quod fuit captus occasione alicuius nobilis

et famosi

et famosi hominis. Si fuit in virgine significat
quod causa eius est levis et cito evadet. In
libra significat quod de carcere fugiet. In scor-
pione: confectum de ipso in carcere nec cu-
stodietur et postmodum liberabitur. In sagittario
significat quod habebit longam carcerem et durabit
causa eius multum. In capricorno quod longe
et cito evadet. In aquario et piscibus significat
quod carcerem longum habebit et forte non comparebit
tota vita sua. Et si fortuna apparuerit
luna vel iunxerit se cum ea aut appa-
ruerit astris vel fuerit in eo aut in-
venerit se cum duobus astris et infortunia etiam
impererit se cum eis, removet id quod lumen
significat ea existente in malis locis predictorum
signorum et aptatur negotio capti et fit
leve. Et si ibi apparuerit infortuna, exi-
stendo in predictis malis locis addit in
malo et auget et affirmat id. Et si appa-
ruerit ibi existendo in bonis locis dampnat
illam bonam significationem. Et si fortuna appa-
ruerit in bonis locis crescit et affirmat
bonum. Et cum videris saturnum et martem omnes
iuncti fuerint cum luna vel eam aspe-
xerint in eiusmodi aspectu significat quod captivus

morietur in carcere, et semper quando luna fuerit
hora capcionis lumine diminuta erit
melius quam cum est crescens. ¶ Quando luna
fuerit hora capcionis exiens de sub radiis
signat quod cito exibit de carcere et eius peccatis
absolvetur. ¶ Quando saturnus et iupiter apparue
runt lune signat quod exibit de carcere cum
fama et bono nomine tamen hic erit pessima
in carcere fecerit longam moram. ¶ Quando
saturnus cum luna fuerit in quarta parte
[illegible] sit et super eos apparuerit a .10. ut
quod liberacionem et exitum capti signat. ¶ Et si
si mars apparuerit lune de .4.to et saturnus
de .3.o signat quod magnum impedimentum et ma
gna indigencia et paupertas accidet capto
in carcere. et custodia seu liberacio eius
a carcere erit cum magno labore. ¶ Si
autem mars apparuerit lune de .3.o et
saturnus de .4.to signat quod captus habebit angu
stias et amolestates in carcere et postea hor
franget carcerem et recedet et liberabitur
seu evadet a carcere fugiendo. ¶ Item quando
mars fuerit hora capcionis alicuius in domo
saturni. signat quod captus franget carcerem
et exibit. ¶ Et si ista constellacio fuerit in re
volucione anni alicuius annorum mundi.

significat quod frangetur carcer illo anno et
exibunt carcerati ex eis. Et hoc maxime
si saturnus non aspexerit domum suam. Et si
sol fuerit in .6. a luna exeundo de
ea et intrando significat quod captus levius
et cito exibit de carcere. similiter in luna que
exeundo de sub radiis applicuerit Veneri et
mercurio existentibus in angulo le-
vitate et celeritate evasionis significat. Et si
saturnus jupiter et luna fuerint omnes sub
radiis significat quod evadet et exibit de carce-
rum labore et per res miraculosas //

Dictum alterius sapientis in causa et negocio capti. et de tempore exitus

Cum fuerit hora captionis vel questionis
ascendens aries vel scorpio et mars
in aliquo angulorum ascendentis et luna appli-
cuerit alicui fortune. marte aspiciente
fortunam ipsam vel alteram. judica quod
captus liberabitur cito et levius. Et tempus
evasionis seu liberationis erit cum mars
applicuerit ad illud eidem fortune aut per numerum
graduum qui fuerint inter eos ille numerus
erit dierum. Et si fuerit ascendens taurus
significat quod carcer longum habebit et si fortune
aspexerint Venerem et lunam significat quod evadet

Et si venus et luna aspexerint infortunae
capiti destructionem significat. Et si fortunae
ac infortunae equaliter aspexerint eundem
post quod aspexerit luna fortunas vincet.
Et si post fortuna fuerit infortunata cum ceteris
infortunis luna et venus significat eius destru-
ctionem capitis et quod in carcere morietur. Et
si caput fuerit sub terra quod petitur ab eo
auferetur violenter ab eo et quod velle suum
accidet ei amplius et peius. Et idem
iudica si ascendens fuerit libra, excepto
quod significatur levior et minor erit et mo-
rabitur minus in carcere. Et si ascendens
fuerit gemini aut virgo et mercurius fortunatus
et luna infortunata vel differens unum ali-
cum fortunae ascendenti. iudica salvationem
capiti et evasionem a carcere leviter et cito.
Et si mercurius fuerit infortunatus maxime a marte
sine aliquo aspectu fortunae, significat capiti
destructionem propter grandes molestias quae
accidet ei. Et si iupiter aspexerit eum vel
fuerit in aliquo angulorum suorum habens in
signo illius anguli aliquam dignitatem
significat quod habebit longum carcerem tamen non acci-
det ei dampnum in eo nec in persona

nec in homine nec aliquid extorquebitur
ab eo violenter et per modum liberabitur
et tempus sue liberacionis erit quando
cum dorlis applicuit et iungetur cum
Jove. ¶ Et si luna fuerit tunc fortunata a Jove
que applicuit Jovi antequam introivit tunc
spem habebit de liberacione et exitu a
carcere ¶ Et si tempore illo non fuerit liberatus
locutus erit de hoc et proponet bona
dicta pro liberacione eius ¶ Et hoc idem erit quolibet
vice qua luna applicuit ei domini sit
ibi introitus applicatus et tunc perficietur
eo ipso et liberabitur a carcere deo dante
¶ Et si vicesima non erit in quo introitus fuerit
aliquis aspectum alicuius infortune dampnante
cum ¶ Et si liber fuerit ab infortunis et
fortunatus et luna sit fortunata. liberacionis et
exitus carceris erit prima vice qua luna
applicuit Jovi ¶ Et si ascendens fuerit
cancer judica a luna et a domino domus sue
sic videris de eo eorum et similiter si fuerit
lumen fortunis et secundum hoc judicabis de
liberacione ¶ Et si erit cito vel tarde.
¶ Et si ascendens fuerit leo. aspice similiter
si fuerit sol et luna cum fortunis et

infortunis. Et si eos ambos inveneris
dampnatos a saturno et remotos a Jove
judica quod carceratus fuit captivus causa
illius alti hominis et famosi. Et si unus
eorum fuerit coniunctus cum Jove aut bene
de bono et forti loco in quo habeat aliquam
dignitatem et Jupiter aspexerit leonem, scias quod
captivus exibit leviter et cito de carcere. Et
aliud tempus erit secundum numerum graduum qui
fuerint inter lunam et Jovem ab applicatione
et erunt dies. Tamen si applicatio lune ac
Jovis fuerit applicatio completa ita quod non
sit gradus in medio eorum erit tempus
liberationis eius per corpus applicantis ei. Et
tunc liberabitur cum dei auxilio. Et si fuerit
ascendens sagittarius vel pisces et Jupiter in an-
gulo aut extra angulum tamen salvus et liber
ab infortunis et similiter luna, dicas quod
non dubitet de carcere nec timeat quod nullum
sibi malum accidet in corpore vel rebus et videbit
quod voluerit et exibit a carcere honoratus
et cum bono et prosperitate. Et si fuerit
Jupiter aliquis coniunctus cum una de infortunis
vel cum ambabus, tunc aspice quis
fortior fuerit in figura an Jupiter

vel infortune et iudica secundum hoc. Signum eciam no-
ta quod infortuna impediat in toto capti-
vitatem eius non sit et quod significet laborem
et fortitudinem carceris tamen non inferret ma-
gnum dampnum propter iovem et bonas eius signi-
ficationes. Et si ascendens fuerit capricornus
et saturnus in aliquo angulorum ascendentis
vel in loco quod aspiciat infortunam de 3°
et apparuerit fortuna saturnum et lunam. dic quod
removebitur captivus de grandi molestia
et labore. Sed tamen propter saturnum significatorem carceris
longus. Et quod captivus durabit in carcere
quousque est inter lunam et saturnum de gradibus
applicationis quot erit annis. Et quod si super-
fuerit liber ab infortunis et aliquis amicorum
fuerit separatus cum luna. significat gaudium
et leticiam quod eveniet captivo in carcere et quod
exibit ab eo et liberabitur celeriter et tempus
liberacionis erit secundum numerum graduum qui
fuerint inter gradus ascendentis et iovem minus decem
Et dicit hali quod si acciderit quod luna
fuerit in parte inferiori celi que est a medio
celi usque ad angulum terre et mars fuerit
in parte superiori que est ab angulo terre
usque ad angulum medij celi et apparuerit

+

luna ab angulo sigt q captus cito liberabit a carcere p mortem. Et si acci derit q luna sit in pte supior celi Joue appiciente ipam ab angulo et marte de 3° sigt q captus euadet et exibit de carcere sine labore et pena et sine eo q aliquid soluat. Et qn luna iungetur saturno in 4° vel 10° sigt q captus hebit carcerem longum et dampnum in pe et bonis nisi Jupiter appi ciat eos ab angulo huic in eo aliquid dignitatis. Et si Jupiter et saturnus ambo apperuerint angulum 4° vel 10° de loco forti et ambo fuerint in ipso aspectu orientes seu eglesiatur aspiciente lunam et si eam inuenerit cum saturno iudica q captus fugiet a carcere frangendo carcerem et appedes et cadet et magnos labores metus et p cussiones et vulnera tamen non capietur propter aspectum quem habet a Joue de bono et forti loco etc.// Dicta sapientis de signi ficationibus horarum in causa captiui

Item dicunt aliqui sapientes vt refert hali. q qui fuerit captus hora solis euadet in capite seu fine mensis lun

¶ Et qui hora veneris euadet ad .xo.
dies ¶ Et qui hora mercurij carcerem breuem
habebit ¶ Et qui hora lune permutabitur
negocium et status suus secundum applicationes
quas luna habet cum planetis fortunis uel
infortunis et secundum hoc erit negocium capti
in leuitate liberationis uel tarditatis ¶ Et qui
captus fuerit hora saturni carcerem longum
habebit ¶ Et qui hora iouis non prolongabitur
carcer eius et liberabitur cito ¶ Et qui hora
martis accidet capto molestie et dolo-
res in carcere et ponetur in compedibus et per-
cussus erit et fortes labores habebit ¶ Et
dicit hali se expertum fuisse et inuenit
iudicium verum quod cum acciderit in reuo(lutione)
alicuius annorum mundi ut sit mars in aliqua
domorum saturni saturno non aspiciente
domum illam quod aperientur carceres illo
anno et exibunt inde existentes carcerati.
¶ Et dixit messahala quod cum acciderit
in reuolutione annorum mundi ut sit dominus
10e in 9a uel 3a scit quod capti et carcerati
qui fuerint in illo climate exibunt a carcere
illo anno et si cum hoc significator regis
applicuerit cum eo ex .3o. uel .6o. aspectu etc.

madato regis et eius beneplacito. tunc si captus
fuit de oppositione vel 4a. dicas quod carcerati
exibit de carcere sine madato regis et
eius beneplacito. Et cum significator regis
fuit in loco significatoris fter. et dominus 4te
dederit virtutem suam ei. scit quod rex extra-
het carceratos et captos. Et cum dominus 9e
fuit in ipsa eadem domo 9a. et recepit virtutem
domini 4te. scit quod inimicus regis extrahet
carceratos et captos. [illegible] Capitulum 140m

In sciendo de carcerato quod de causa
est vel fuit carceratus.

Dixit hali quod si volueris scire causam
propter quam quis est captus seu carceratus. aspi-
ce planetam a quo separatur significator capti-
vel luna. Et si planeta ipse fuit mars et in
8a. [illegible] astute. captus fuit pro homicidio
quod fecit. Et si in alio loco fuerit captus
fuit pro rapinis et percussionibus. Et si mercurius
in hoc fuerit in 2a. captus fuit pro furto
quod fecit vel suspicatus est fecisse. Et si
in hoc fuit saturnus vice martis. dic quod
captus fuit causa terre vel hereditatis.
Et si separatur ipsa fuit a Jove. captus fuit
causa fidei vel legis. Et si a venere. captus

fuit causa mulieres. Et si in mercurio
captus fuit causa literarum vel rumorum
aut nunciorum. Et si in sole captus fuit
causa regibus. Et si steterit stans suo adu
sarius a .s. et dno eius et si infortunauit
significatorem capti. signum quod aduersarius
est multum fortis ad petendum et instandum
contra eum et ducet eum ad molestias ma
gnas. Et si ipse dominus .s. fortiuerit signum
capti. signum quod aduersarius est satis beni
gnus et voluntate sua et instituet facere
quod captus euadat et liberetur. Et si aspexerit
eum de oppositione signum quod habet ei odium et ira
magnam. Et si de quarto idem signum sed minus quam
de oppositione. Et si non aspexerit eum aspectu aliquo
signum quod aduersarius oblitus est capti nec
aliquid petet ab eo et cetera // Capitulum 141

In sciendo de aliquo dno ut magnate
vel pre famulis. utrum habeat proditorem
aliquem in sua familia. etc.

Aspice in hac questione ascendens et dominum eius
pro querente et .12. et dominum eius pro
re quesita .s. proditore. Nam si dominus
ascendentis fuerit bonus vel in ascendente inueniatur
benefortunatus et in .12. inueniatur infortunatus.

vel dominus 12e fuerit malus vel coniunctus cum
malo vel aspexerit inimico aspectu et
maior sit significator fuerit mars dic
quod dominus seu predictus familiaris vel capitaneus
castri vel ville habet proditorem in sua
familia. Et si dominus 12e est in signo fixo
dic quod proditor est unus tantum. Et si in
mobili sunt plures. Et si in communi sunt duo.
Et post hec certificatus fuisti quod habeat proditorem
et volueris scire quis ipse est proditor
aspice dominum 12e. Nam si fuerit in 2a
domo ab ascendente dic quod proditor dicti ce[…]
aliquis carus socius domini vel eius secretarius
vel familiaris. Et si fuerit in 3a dic quod est
frater vel soror vel socius domesticus. Et sic
Et sic per singulas domos discurrendo ut
dicitur de fure supra in .s. domo. Sed si dominus
12e fuerit in 12a tunc signum est quod sit
suus vel vassallus vel conestabilis ab inferiore
domus et habet notitiam et coniunctionem cum aliquo
de successoribus domini. Tunc cognosces per hec
proprietatem et significationem planete qui est eius
significator. Et cetera. Capitulum 142m in
sciendo si est propitium vel dampnum emere
equum vel aliquod aliud animal magnum quod venditur

12

In hac q(uesti)one est aspiciend(um) ad astrum et d(omi)n(u)m eius (s(cilicet) lunam) et 12e et eius d(omi)n(u)m. Nam si in dictis locis inveniat(ur) fortune fortu(nat)e vel inveniatur iunct(us) cum fortunis et signa angulor(um) fuerint fixa dic q(uod) eq(uus) est bon(us) seu ad qual(itatem) est bone et si in dictis locis inveniat(ur) infortu(n)e dic q(uod) et si saturn(us) fuit signi(fica)tor eq(ui) vel alicuius qual(itatis) sic dic q(uod) est morbos(us) et malus et steril(is) et si fuit mars dic q(uod) est scabios(us) steril(is) corpore macer seu no(n) bene carnos(us) et plen(us) p(ro)ut casib(us) infirmitatib(us). Sic dicas de cauda. Et c(etera).

Cap(itulu)m 143m in q(uesti)one de cursu duor(um) equor(um) vel plurium q(ui)s eor(um) curret plus altero seu q(ui)s vincet in cursu

Sapientes antiq(ui) circa q(uesti)o(n)em hanc tot s(er)mones fecerunt ut potes vid(er)e p(er) zael et alkindi et alios. Sed q(ui)a non multu(m) est necessaria ista q(uesti)o ideo non intendo multu(m) circa ea(m) insistere s(ed) breviter aspice ut dicit zael d(omi)n(u)m illius hore q(ua) interrogatus fueris. Qui si fuit in ascendente eq(uus) de q(u)o q(ue)rit(ur) vel q(ui) supp(er)at(ur) melius curret vincet in cursu et curret plus q(uam) alius. Et si fuerit in medio celi dic q(uod) d(omi)n(u)s eq(ui) [illegible]

aliud quam curret plus eo .i. erit 2us in cursu
Et si fuerit in 4o ab ascendente dic quod erit
~~novissimus in cursu~~ medius in cursu inter
alios / et si fuerit in 7o dic quod erit
novissimus in cursu et nullus equus erit
post eum ymo omnes erunt ante eum
Et si dominus hore fuerit in suo casu
dic quod currens dominum equus cadet ab eo / et
si eum habet quod dixi aspexerit eum malus dic
quod franget aliquam partem corporis equus .s. illa
quam ipsum signum significaverit / Si vero as
pexerit eum malus ex oppositione vel fuerit
cum eo in uno signo / et fuerit dominus
hore in 8a a domo sua dic quod ille qui
currit equum morietur ex illo casu / et eo
fortius si fuerit dominus corporis domini impeditus
vel luna impedita etc. Capitulum 144

In sciendo de aliquo iniuriato utrum vin
dicabitur mors eius aut de iniuri
ato utrum fiet sibi restitutio de iniuriis

Aitcahar por Zael dic quod aspiciendum
est ad ascendens et 7am domum ab ascendente
nam si fuerint signa mobilia et luna
etiam fuerit in signo mobili dic quod non
poterit fieri de vindicta / Si autem aspe
xerit dominus ascendentis ascendens dic quod vin

nisi dominus 7me fuerit in illa vel aspexerit illam
a trino vel sextili aspectu et dominus signi in quo fuerit
luna si aspexerit eam vel fuerit coniunctus et 7me signi supra

dicabitur seu restituetur iniuria sibi facta
Si vero fuerit sic dispositi et dominus 4ti
aspexerit sextum vel fuerit in .s.o dicit quod
fiet bona vindicta et fundetur sanguis
interfectoris. nisi luna sit coniuncta fortunis
si post hec ipsa fortuna non fuerit iuncta ma-
lo cetera tunc signum quod post parte interficietur
dominus interfector. et si luna fuerit iuncta
infortunis sic dicit quod interficietur nisi sit
ex 3. vel. 6.li aspectu. tunc enim signum
quod interfector seu iniurians sustinebit
penas et ponetur in compedibus seu in carcere
quod si fuerit malus in signo fixo morietur
in carcere. si vero fuerit in signo mobili evadet
Et si fortuna fuerit in ascendente. dicit quod pa-
cem extinguetur ex parte amicorum. Et si luna
cum hoc iuncta fuerit malo in loco forti
dicit quod vindicta non fiet per amicos inter-
fecti seu iniuriati. sed per regem. Et si
fuerit in ascendente malus et luna fuerit fortuna
dicit quod amici interfecti nitentur circumvenire
et constringere interfectorem seu iniuriatum. sed
rex auxiliabitur et studebit eripere eum
Quod si dominus ascendentis aspexerit ascendens. dicit quod
rege indignato submittet manibus inimici
ipsum interfectorem seu iniuriatum. Si autem

dominus ascendentis non aspexerit ascendens. et aspe-
xerit dominus domus lune lunam. dic quod
amicus infectum seu incarceratum inveniet
et quod eorum voluntatem. vero liberabitur de
infectione seu incarceratione. Et scias
quod omnis pena quam significauerit malus
erit cum ferro et flagellis. saturnus vero
per ictus lignorum et angustiam nec non per
diuturnitatem carceris etc. Capitulum 149

In sciendo de duabus vel tribus rebus
que earum sit dignior vel que earum sit vera
vel falsa. vel quis earum adipiscetur quesitum
vel de duobus viris quis eorum adipiscetur
rem quesitam etc.

Ista quod videtur ut dic zael etc. consideramus
significatorem 12 domorum et 10 dic quod
aspiciendum est ad dominum ascendentis. Et
si fuerit in angulis liber a malis et
receptus dic quod primus nominatus est dignus et
acquiret. verbi gratia querit de maria
johanna katerina que forte tenetur aliqua
in matrimonium que earum sit melior et dignior
vel de 3bus servitoribus vel tribus domibus
sive nominatis per ordinem. dic quod primus nominatus
est dignus ut supra. Sed si dominus ascendentis
fuerit in angulis impeditus vide de

Et sic si unus esset iunctus marti per aspectum et alter
per corpus ille qui esset iunctus per corpus erit dignior. et
cum illa perficeret contractum matrimonii
Id intelligas de omnibus aliis significatoribus prius
...: et meliorem et viliorem
iudicabis. negocium sive sit iter vel mutacio sive
matrimonium sive officium sive emptio vel vendicio vel
huiusmodi familia. per illum planetam qui melior fuit et melius
dispositus et minus fortitudinis ... si ... fuerit
de ... lunam significatrix interrogantis
... per ... et de ... . et sic de aliis

c amphorismi Sextum aliquod amphorisma

Omne quod in quo fuerit luna fortis firma et fortunata et dominus domus eius fuerit dapnatus infortunatus et malus significat et ostendit fortitudinem et melioracionem in principio illius rei et dapnacionem debilitatem et impedimentum in fine ipsius/

Questio in qua luna fuerit debilis impedita et infortunata et dominus domus eius invenerit fortis et fortunatus significat quod in principio rei erit durities et impedimentum atque dapnum et finis eius erit bonus completus et levis/

Dominus domus coniunctionis existente fortunato dominus ascendentis ab eo receptus veniet querenti plus quam quesivit vel optavit et omne bonum ac utilitas de questione sua/

Cum dominus domus coniunctionis fuerit infortunatus et non receperit dominum ascendentis vel significatorem figure erit in coniunctione duricia involucio et dapnum donec querens abhorreat eam et peniteat fecisse quod et eam incepisse/

Receptio que fuerit ab infortunato ostendit melioracionem et complementum coniunctionis tamen ponit in hoc impedimentum et duriciem. Ecce non infortune est mala et dapnatio et nichil dat in quo non ponit impedimentum et dapnum peterit dei/

Clavis et ianua celi est ascendens et est domus per quam applicatur ad suas significationes et factum et alie

domus constituitur ipsum et post illud ostendit
sicut domus sue fratrum patris et filiorum etc.
¶ Quecumque .12. domorum fuit fortis domus
fortunata et firma ac bene recepta et in bo
statu ostendit et significat bonum et melioramentum
ac fortitudinem in rebus que sunt de natura illius domus
et de significationibus eius. et econtra si fuit debil
et infortunata/
¶ Cum planete similes comparibus sunt in locis con
venientibus illis et suis figuris adiuvat in
meliorando et demonstrando bonum et malum secundum
fortitudinem et potentiam eorum in locis suis. sicut
sol si sit in medio celi vel venus in domo
mulierum. aut mars in domo infirmitatis vel
iupiter in domo sue. et si fuerint contrarii et
diversi destruit unus alium et erit significatio
fortitudo et victoria illius qui magis fuit fortis
et fortunatus in figura omnibus aliis etc.
¶ Cum gradus principiorum domorum fuerint fortunati
vel infortunati ostendit de mandato fortitudinis
et debilitatis secundum quantitatem suam fortunium vel infortunium
et sua fortuna maior est et firmior cum fortunat
eos planeta sibi conveniens et infortuna maior est et
maioris detrimenti cum infortunat eum planeta contrarius
et diversus illi gradui./
¶ Domus sue gradum dirigit et fortunat iupiter.
deprimit vero et infortunat mars et sol/

¶ Mercurius dirigit et fortunat gradum domus fratrum deprimat vero et infortunat mars et saturnus/

¶ Gradum domus patrum dirigit sol et saturnus mars vero deprimat et impedit/

¶ Domus filiorum gradum fortunat et meliorat venus. deprimat vero et infortunat sol et saturnus

¶ Venus meliorat et fortunat gradum domus mulierum. deprimat vero et infortunat mars et saturnus/

¶ Domus itineris gradum fortificat et fortunat sol. deprimat et infortunat mars et saturnus/

¶ Sol et iupiter dirigit et fortunat gradum domus regis. et deprimat atque infortunat mars et saturnus/

¶ Iupiter meliorat et fortunat gradum domus amicorum. et mars et saturnus deprimat/

¶ Cum planeta est infortunatus est ad similitudinem hominis infirmi/

¶ Planeta retrogradus est ad similitudinem perditoris/

¶ Cum planeta est combustus est ad similitudinem capti

¶ Planeta qui est cadens a suis bonis locis est ad similitudinem eius qui non est in loco suo/

¶ De planetis unus deprimat alterum et unus meliorat et iuvat alterum sicut homines qui se adiuvant de suis amicis et inimicos impediunt//

Planete qui fuerint vel superiores assimilare et querere cum inferioribus beneficabit dicta constantia et operatione cum potestate dei.

Signa tortuose ascensionis obediunt signis directe ascensionis.

Fortune in domo sunt large et liberales ac facientes bonum, infortune vero sunt prohibentes misere et avare.

Non prodest trinus vel sextilis infortune sicut non obest quartus vel oppositus fortunarum.

Planete qui vadunt directe sunt sicut masculini et qui sunt retrogradi sunt sicut feminini et similiter de signis.

Demonstratio magnifesta dicitur cum planete sunt in angulis quia demonstrant bonum vel malum.

Omnis mutatio que venit subito per martem venit et magna tarditas venit per saturnum.

Ille cuius significatores fuerint fortune erit largus providus et liber et qui habet infortunas pro significatoribus erit turpis et avarus.

Saturnus dat odorem fetidum. saturnus vero fetidiorem.

De levi mala morte morietur qui habet fortes in 8. domo.

¶ In mutacione duorum luminarium intelligitur
amicicia inter duos·/

¶ Disposicio quam a marte recipit luna dum est
in augmento sui luminis· est equalis disposicioni
quam recipit a saturno dum est luminis diminuta/

¶ Domus planetarum superiorum sunt regum et domus
inferiorum sunt populi·/

¶ Significator impedicionis temporis eius
in quarta orientali significat horas· in quarta meridionali
dies· in quarta occidentali menses· in quarta
septentrionali annos·//

¶ Victor duorum se coniungencium est semper alti
or in aere et intelligitur de eo qui est altior
in figura·//

¶ Confirmacio rei et eius durabilitatis semper est
illius qui fuerit fortior angulis et habet per
dignitatem et dominium quod in angulis habet/

¶ Qualitatis naturalis validitudo est semper
illius qui magis affirmatus est in parte
orientali·//

¶ Omnis impetuositas est semper velocita
tis in motu suo de significatoribus intellectus·//

¶ Voluntas semper est illius qui maiorem as
pectum habet in quatuor locis habet secundum ordinacionem suam·//

Saluior omnium ab occasionibus est qui magis limpidus et liber fuerit ab infortunis.

Nobilior omnium est qui fuerit in sua exaltatione vel aliis dignitatibus firmior secundum ordinacionem suam etc.

Maioris fame omnium eorum est ille qui maiorem aspectum habet cum fortunis.

[...]thius malicie omnium eorum est qui magis fortunatus est in sua proprietate.

Magis fortificatus et conductor suis negociis est ille qui habet maiorem potenciam in Ioue per dignitatem vel aspectum.

Fortunatior in suo negocio est ille quem fortunat Iupiter.

Validior et audacior est qui maiorem potenciam habet in marte.

Fortunatior in litibus est cui magis inclinatur mars et adiuuat.

Felicior in litibus est qui fuerit a marte dilectus per aspectum.

Melioris compositionis figure et pulcritudinis est et delectabilior omnium qui a venere fuerit fortunatus.

Plures habet occasiones et impedimenta qui inclinatur saturno.

¶ Maiorem utilitatem a patribus habet qui per aspectum magis est a patre dilectus.//

¶ Maioris sensus et clarioris intellectus atque abstractivis est qui fortunatus fuerit a luminari maiori. maxime si fuerit in 10 domo uel aliis angulis secundum ordinem suum./

¶ Firmior erit in lege qui magis fortunatam habuerit nonam domum./

¶ Plures amicos et auxiliatores habens est qui plures bonos aspectus habet./

¶ Legaliores auxiliatores habet qui dominum 2e domus habet magis fortunatum./

¶ Qui maiorem potentiam habet in percipiendo est qui regnat super quem/ et ille qui regnat super quem est habens maiorem applicationem ad dominum questionis./

¶ Omne corpus quod se ponit ad sedendum in aliquo loco dat naturam suam in eodem loco./ et si applicat ad dominum illius loci dat ei potentiam suam/ secundum applicationem de parte que est sibi propria secundum orizontem.//

¶ Omnis planeta qui dat maius posse sue donationis est in medio/

¶ Omnis promissor qui promittit complet eius promissionem quando est fortis./ et complementum promissionis erit per fortitudinem dispositoris et radios./

¶ Maior pars sapientum concordat quod si luna
fuerit in ascendente vel in medio celi aut in .ii. vel quarta
recepta a domino domus sue vel a planeta fortuna qui
eam diligat et ille planeta habuerit aliquam fortitudinem
in illa figura. hoc significat quod illa questio perficietur
et complebitur nec expedit inspicere ad dominum ascendentis
vel ad eius statum. nisi dominus quarte domus fuerit
depravatus. aut infortuna retrograda vel depravata fuerit
in domo finis quia hoc depravat et impedit omnes
maxime si in opposito ascendentis fuerit infortuna quod sit in
contra ascendenti vel quod dominus domus omnis sit com
bustus aut retrogradus vel non aspiciat ascendens
Nam omnia hec demonstrant diminucionem dep
ravacionem impedimentum et destructionem in omnibus licet
luna sit in bonis statibus ut predixi./
¶ Alem convenit iudicare in temporibus termi
nandis donec sciatur qualitas planete in sua pon
derositate et eius levitate et signi in quo est ponde
rositas et levitas sua. similiter et partes celi in
qua est de quarta scilicet si planeta fuerit levis et in signo
levi et in quarta levi. iudicandum est tempus illud
per horas et dies qui sunt velox tempus. Et
si fuerit levis in ponderoso aut ponderosus in
levi iudicandum est per menses qui sunt tempus
mediocre./ Et si fuerit ponderosus in ponderoso
iudicandum erit per annos qui sunt tempus tardius./
¶ Planeta qui facit bonum lune est ille ad
quem vadit luna primo post exitum eius

de casu suo qui est scorp. uel qui exit de .4.o
loco malo quia qui exit de loco illo et plura reci
pit eam dicitur proficit et bonum et exhibet eam
de malo loco. et c.//

¶ Malus cum fuerit orientalis. s. cum mane appa
ruerit in oriente in domo sua aut in exaltatione
sua et non fuerit cum eo alius malo qui eum impediat
melior ac dignior est fortuna retrograda et im
pedita.//

¶ Malus cum fuerit in astute in domo sua aut
in exaltatione refrenatur a malo nisi sit ipse retro gradus
in astute quia tunc confortatur eius malum et multi
plicatur eius diversitas ac variatio./

¶ Fortune cum aspiciunt malos minuunt eorum
impedimentum./

¶ Mali qui aspiciunt fortunas a .4.to uel oppositione
minuunt eorum fortunam./

¶ Fortune cum fuerint cadentes ab astute aut
retrograde erunt impedite similes malorum./

¶ Mali cum fuerint peregrini augent malum et mag
nificatur eorum impedimentum et cum fuerint in signis in
quibus habent testimonium refrenatur a malo et non erit
tempus eorum impedimentum./

¶ Fortune cum fuerint in signo in quo non habent testimonium
minuitur eorum fortitudo ac bonum et econtrario augetur si fu
erit in signo in quo est illius testimonium quia tunc magnificatur
eorum fortuna et efficitur res ac bonum augetur./

Infortune que sunt in angulis firme ac fortes tunc sunt peiores quam que sunt succedentes et que sunt cadentes sunt ad similitudinem infirmi debilis qui se movere non potest.

Mali cum fuerint in domibus suis et fuerint domini regni aut in exaltationibus aut triplicitatibus vel in terminis suis et in angulis vel in sequentibus angulorum erit fortitudo eorum sicut fortitudo fortunarum.

Omnis planeta fortuna aut malus cum fuerit in domo sua aut in exaltatione aut triplicitate sua et convertitur quicquid in eis est de malo in bonum.

Fortuna si non fuerit in lumine suo, scilicet si fuerit ex partibus noctis et fuerit superior in die aut fuerit ex partibus diei et fuerit superior in nocte aut fuerit peregrinus vel cadens ab angulo aut sub radiis impeditur et non perficit.

Iupiter cum aspexerit malum convertit naturam eius in bonum et venus non potest vertere malum saturni nisi aspiciat iovem.

Iupiter solvit quod nodat saturnus et venus solvit quod nodat mars.

Malus cum prestat, i. iungitur malo, mutatur malum in aliud malum, et si malus iungitur fortune convertitur malum in bonum, et si fortuna iungitur fortune convertitur bonum in bonum, et si iungitur fortuna malo invenies [struck] post bonum malum.

Planeta cum fuerit in 8. ab ascendente et fuerit fortuna non operatur bonum nec malum et mali cum fuerint ibi magnificatur eorum malum.

Planeta cui iungitur luna significat quod futurum est et principium rei quod si iungitur fortunis significat proventum bonum et si iungitur malo significat principium malum.

Cum dominus ascendentis aut luna fuerit in opposito sue domus scilicet in 7° a domo sua erit dominus interrogationis horrens causam de qua interrogat gravius enim erit sibi etc.

Nemo interrogat in re impedita significatoris scilicet lune et domini ascendentis in hora interrogationis aut nati nisi omnis vir impeditus et malus atque tribulatus aut vir qui debet invenire mala. Et de fortuna nemo interrogat nisi omnis fortunatus et vir qui debet habere fortunam.

Dominus termini qui fuerit in suo termino habet maius posse in illo signo quam dominus domus vel dominus exaltationis eius existentibus in signis peregrinis

Dominus termini si fuerit in suo termino et dominus signi in alio signo plus recedo super ipsum vel ad suos dominus termini habebit maius posse in illo signo quam dominus signi et sua erit significatio

Dominus termini si fuerit in suo termino et sua domus fortificatur sua significatio et extendit fatum et domus sua.

Quecumque planeta intrans quodcumque signorum dispo-
nantium ipsum qui fuerit in suo dominio
in signo illo imprimitur dispositionem et fortificatur
per expellendo sive repellendo a se dispositionem

Planeta qui intrat aliquod signorum fortuna-
tum cum et fuerit in suorum termino completur
tunc fortuna sua et verificatur factum suum
et fortificatur in omnibus significationibus suis//

Tempus calidum et siccum mutat planete naturam
que est frigida et humida propter calorem et siccita-
tem suam / Et tempus quod est frigidum et humidum
mutat naturam planete qui est calidus et siccus propter
frigiditatem et humiditatem suam//

//Planeta qui profecerit est primus dominus templi vel
anguli terre./

//Hii sunt radii sive orbes planetarum. Ut sol
15. gradus. Luna 12. Saturnus et Jupiter et Mars
vero omni. 9. gradus. Venus et Mercurius 7. Et
cum planete iunguntur in uno signo et sunt inter
eos secundum hanc terminationem qui dicuntur appli-
cantes de coniunctione. Tamen aspectus ut dicit Hali
non sunt plus tribus gradibus et in aspectu cum
planeta transit planetam per unum gradum dicitur separari
quia iam separatus est ab eo etc./
Avenezre in libro Interrogationum et sic in libro

elkaromiz dicit q combustio eius receptionis in leone uel ariete no exterminat virtutem combusti./

Itē cōm in iudicium .c. de receptione testiom^z elligen^z ⁊ alibi pluribus locis habetur quod solis adustio cum receptione no obest/

Itē messahala in li. interrogationum dicit quomodocumque ⁊ ubicumque ledit combustio inter omēs eis infortunio ut consueto ac familiari sol adustio impius grauius nocens dum diuerit est/ iu d. 4

Itē mercurius coniunctus soli eius est 2us minus in celo ut ait dorotheus.

Coniunctio planete eius cum arcade sol fortuna est ⁊ fortius./

Bonus siue fortuna in domo infortune uel exaltatione ipius existens . maleficus siue infortuna recipit ipsum bonus siue fortunaz ⁊ bonus siue fortuna vincit maliciam ipius mali. Albumasar in sadan.

This M.S. had come back from Maltby with the
old binding repaired. I left it with another in the
dining room, and both were badly scorched
in the fire Nov. 1915 – the only two of value damaged.
The old parchment covers were curled & battered.

W.D.

No. 7513.

Memo. The <u>arabic numerals</u>, 1–12, at the head of leaves 36 – 149 refer to the planetary houses, of which there is a diagram on leaf 36v.

fuerit una in ascendente et in signo communi. Katro

est plus uno. Et si

fol 98r

Capitulum 89^m In sciendo de latrone an sit vnus vel plures etc.

Quando scire volueris de latrone an sit vnus aut plures. ¶ Aspice dicit Hali significatorem latronis et signum In quo fuerit Nam si fuerit In signo firmo precipue directo et pauce prolis. dic quod latro est vnus tantum. ¶ Et si fuerit In signo communi et multe prolis dic quod latrones sunt plures vno. ¶ Item ad idem aspice hora questionis lunam nam si fuerit In angulo terre et In signo communi dic quod fures seu latrones sunt plures ¶ Et similiter si fuerit luna In ascendente et In signo communi. latro est plus vno. ¶ Et si fuerit In aliquo angulorum istorum In signo fixo est vnus tantum, etc.

Capitulum 90^m. In sciendo de latrone an sit masculus vel femina.

Dicit Hali aspice ascendens si fuerit signum masculinum et dominus hore masculinus dic quod latro est masculus ¶ Et si ambo isti fuerint feminini dic quod est femina et si ascendens fuerit masculinum et dominus hore femininus vel ~~eq~~ e contra latrones sunt vir et mulier.

158 (ver.)

Capitulum 39m De sciendo de latrone an

fol 83r

Capitulum 72m. In sciendo vtrum erit bellum seu prelium Inter exercitus vel ne.

In hac questione aspiciendum est ad ascendens et dominum eius et lunam. et ad 7m. et eius dominum deinde aspice si significatores coniungantur corporaliter In aliquo angulorum. quoniam tunc signi[fi]cat quod erit prelium Inter eos. uel eciam si Iungantur ex 4to. uel opposito. ¶ Et si ista non Inueneris dic quod non erit prelium Inter eos. nisi sit aliquis qui transferat lumen ex opposicione uel 4to aspectu sine recepcione.

fol 87v

Capitulum 80m. de precio alicuius rei vendende vtrum In graui precio ematur uel econtra.

Mesahala circa hanc questionem sic ait. Aspice dominum ascendent~~em~~is et lunam quod si potencior eorum se applicuerit alicui planete In ascendente aut In medio celi libera et recepta tunc illa res vendetur In graui et magno precio. ¶ Et si sic fuerit In 7a. domo aut In angulo terre tunc non excedet precium. set multos emptores ad emendum eamdem rem compellit. ¶ Et si se aplicuerit cum planeta cadenti qui non recipiat eum. tunc precium illius rei minuit et emptores multos negat. ¶ Et peius si dominus ascendentis et luna neuter eorum sit receptus a planeta cadente cum quo se applicant.

placuit mihi moderno quamuis Indigno In dicta sciencia

2

ihesus

(leaf 1) In nomine dominj nostri ihesu christi ac eius beatissime et gloriosissime virginis marie matris eius Incipit quedam summa Iudicalis astronomie super quartam speculacionem sciencie Iudiciorum que Intitulatur de Interrogacionibus que cotidie fiunt. ¶ Et quia omnjs summacio abreujacio et ordo antiquis nedum et modernis summe placere consueuerunt et non Immerjto cum confusio sit mater Incomprehensibilitatis et Inimjca Intellectus Ordo autem et certitudo sunt ipsum perficientes Et propter hoc placuit mihi moderno quamuis Indigno In dicta sciencia laboranti ea que sunt necessaria ex dictis antiquorum et modernorum In sciencia Iudiciorum maxime In parte de Interrogacionibus hic In presenti tractatu meliori forma qua potero cum dei auxilio recolligere et summare. Taliter vt Introductus In sciencia astrorum non Indigebit videre alia diuersa volumjna tam ab antiquis quam a modernis super hanc partem facta. ¶ Nam per presens opus tam Introductus quam semjntroductus poterit absque magno labore study de quacumque ~~de~~ re de qua cum necessitate et Intencione radicali fuerjt Interrogatus veridice Iudicare. [etc.]

[at the foot of leaf one, is written in a later hand :-] Liber D. Grimani Cardinalis S. Marci.

7513.

The books of Cardinal Grimani (1460-1523), whose name appears on fol. 2, all went to a Venetian monastery, Mr de Ricci tells me.

6. X. 31. W.H.J.

